

## **Universitätsbibliothek Mannheim**

**D. Erasmi Roterodami, De duplaci Copia, Verborum ac  
Rerum Commentarij duo, plenisq[ue] in locis aucti**

**Erasmus, Desiderius**

**Argentorati, 1524**


**urn:nbn:de:bsz:180-digad-10023**


Wk 624



De d'ri b'is Jan. & Niel de Skida  
à Landenborg.  
~~Weickmann~~  
Joh Georg D'Gruy

684





*Condidit er' ferma er' coetu ex ni  
m lo oia depe f.*

D. ERAS-

MI ROTERODAMI, DE

duplici Copia, Verborum ac

Rerum Commenta-

rij duo, pleris-

q; in lo

cis au

cti

Epistola Erasmi Roterodami, ad  
Iacobum VVimphelingum  
Sclestatinum.

*Erasmi Roterodami  
ad Iacobum VVimphelingum  
Sclestatinum.*



# DESYDERIVS

ERASMVS ROTERODA=

mus Matthiae Schurero Se=

lestano S. D.



Ona pars istorū, qui formulis  
excudunt libros Matthia Schur-  
eri, uel inscitia literarum in-  
opiaq; iudicij, pessimos auto-  
res pro optimis suscipiunt, uel  
auditate quæstus eum librum  
esse optimum ducunt, unde plu-  
rimum emolumenti redditurum sperent. Vnde quod cæ-  
teris in rebus ferē solet, id in hac quoq; arte uidemus  
usu uenire, ut quod ad summā studiorū utilitatē sit ex-  
cogitatum, id abutentium uitio in grauem uergat per-  
niciem. Qua quidem in re tu mīhi duplici nomine lau-  
dandus uideris. Frimur, quod pro tua nō tulgari eru-  
ne, pro acri iudicio ea deligas, quæ ad ueram erit  
m conseruant. Deinde quod ingenuo quodā er-  
itas literas amore, nostris studijs potius q̄tuis scri-  
sonulere gaudes: unum hoc agens, ut libros quām  
timos, quām emendatisime excusos in lucem emitat.  
Prōinde Copiam nostram ad te misimus, à nobis di-  
ißime recognitam, & emaculatam, ut pridem  
tānos concepta, apud Parisios uteunq; ædita,  
nunc

nūc rursus uelut adiectis extuijs,nitida prorsus & ex-  
polita,in felicissima Argentoratorum ciuitate,felici-  
oribus auspicijs exeat in manus hominum,si modo ui-  
debitur non indigna tuo prelo.Erit uel ob id ipsum o-  
mnibus bonarum literarum amatoribus commenda-  
tior,qd' è Schureriana prodierit officina.Ex qua iam  
persuasum est,nihil proficisci,quod non sit & autoris  
elaboratum ingenio,& tua cura castigatissimū.Adi-  
cimus & omīōōēōōō librum nusquam adhuc æditū,  
sed ab ipsis,quod aiunt,follibus ad te prosequimur.Lucu-  
bratiōes Rodolphi Agricolae,bominis uerē diuini,iam  
dudum expectamus.Cuius ego scripta quoties lego,to-  
ties petius illud sacrum ac cœleste mecum adoro,at=

que exoscular. Bene uale.Bāsileæ. Anno

M. D XIII. Ad Idus Octobris.

# INDEX CAPI

TVM SEV TITVLORVM SE-  
quentium Commentariorum.Et primo,  
Libri primi De uerbo=  
rum Copia.

Periculosa[m] esse Copie affectionē. Ca. I. Fo. I.  
A quibus inuēta,& à qbus exercitata Copia. 2. co.  
Autores quēadmodūl userint ostētatiōe copiae. 3.

## I N D E X . Cā. Fo.

Quibus uitio data Copia immoda.	4.	2
Eiusdē artificis esse, breuitate & copiose dicere	5	3
De stulte affectatibus uel breuitatē, uel copiā	6	2
Duplicem esse copiam	7	codē
Quas ad res conferat hæc exercitatio.	8	4
Quibus exercēdi rōnibus hæc facultas paretur	9	5
Prima præceptio de Copia.	10	codē
Prima uariandi ratio per Syntonymiam	11	6
Vocabula sordida      Inusitata Poëtica Prisca		
Obsoleta Dura Peregrina Nouata. fo. 7	fo.	7
Actatum propria vocabula	12	8
Ratio uariāti p Enallagen, siue ἐπέγνωσις	13	9
Variatur numerus, Persona	10	
Genus. Casus. Species. Figura. Tēpus. modus. fo. 11 et 12		
Declinatio. Coniugatio.	12	
Variandi ratio per Antonomasiam	14	12
Variandiratio per periphrasim	15	13
Etymologia, Notatiōe, Finitiōe q; facta uariatio.	eo.	
Variandiratio per metaphoram	16	eo:
Deflexio	codē	
Ab irrationali ad rationale.	codē	
Ab animali ad non animal, aut contrā	14	
Ab animali ad animal	codē	
Ab inanimato ad inanimatū, aut contrā	codē	
Metaphora reciproca	16	eo.
Varandi ratio per allegoriam	18	15
uariādi ratio per Catachr̄ism	19	eo:
		Variatio

I N D E X. C. F.

Variatio per Onomatopœiam	20. 15
Variandi ratio per metalepsim	21. 16
Variandi ratio per Metonymiam	22. eo.
Variandi ratio per Syncdocham	23. 17
Variandi ratio per equipollentiam	24. ibi.
Variandi ratio per comparatiua	25. ibi.
Variadi ratio per relatiuorū cōmutationē	26. eo.
Variandiratio per amplificationem	27. 18
Variandi ratio per hyperbolēn	28. ibi.
Variandiratio per μειωσιν	29. ibi.
Variandiratio per compositionem	30. 18
Variādi ratio per cūtaξip. i. cōstructionē	31. 19
Variādi ratio p mutationē figuræ uarijs modis	32. eo
Experiētiæ miræ in uariando	33. 20
Variātūr hæc uerba. Tuæ literæ magnope delectariūt.	
Variatio facta modis liij. Itē exli. modis.	33. (ibidē
Semp dū uiuā tui meminero. Variatur cxc. modis	24
Quibus modis tribuimus plura, ex æquo	34. 29
Quæ commodius copulent contraria	35. 30
Quibus modis æqualiter remouemus	36. ibi.
Quibus modis tribuimus inæqualiter	37. ibi.
Quibus modis inæqualiter remouemus	38. ibi.
Quo pacto tribuamus aut remouemus ordie	39. 31
Per cōparatiūn eadē effertur sententia.	40. ibi.
Augendi posituum	41. eo.
De uariando posituo	32
Rationes minuendi posituum	42. eo.
	3 Quibus

## INDEX

	C. 4.	F. o.
Quibus rationibus dugetur cōparatiūs	43	32
Quibus modis imminuitur comparatiūs		32
Quibus rationibus augemus Superlatiuū	44	eo.
Pēriphrasis Comparatiūi	45	33
Quibus modis superlatiuū uariam̄us	46	eo.
Varia exempla uariandi &c.		34
Commuiis omnium graduum uariatio	47	37
De propositione generali	48	39
De propositione non generali	49	40
Elegantiā signorum	50	eo.
Vterq; neuter		41
Semper sēpe &c.		eodem
De uarietate negationis		51 eo.
De tribus negationib⁹		eodem
De Synonymis negandi		42
Connectendi formulæ		52 eo.
Transitionum uarie formulæ		53 43
A re & à persona		54. eo.
Ex more		55 eo.
Subornandi		56 eo.
Renouandi		57 44
Finalē formulæ		58 eo.
Causales formulæ		59 eo.
Quod eidicō acceptum		60 49
Ut eidicō sumptum		61 eo
Vertuntur dignus & indignus. Decet &c.		ibidem
Necessitatis uocabula		eodē.
		Libertatis

## INDEX

## Ca. Fo.

<i>Libertatis</i>	46
<i>Statuendi</i>	codem
<i>Affentiendi</i>	codem
<i>Dissentiendo</i>	codem
<i>Precandi nomina &amp; uerba</i>	47
<i>Primi supini uariatio</i>	codem
<i>Dividendi formæ</i>	62 co.
<i>Distribuendi formæ</i>	63 co.
<i>Prohibendi aut impediendi signa</i>	64 48
<i>Dubitandi</i>	codem
<i>Sine &amp; citrā</i>	codem
<i>Ostentandi</i>	48
<i>Corrigendi, Sanandiq;</i>	codem
<i>Blandiendi siue hortandi signa</i>	codem
<i>Tua Causa. Virum nec ne</i>	49
<i>Concedendi Parum abesse</i>	codem
<i>Incertitudinis indicia</i>	codem
<i>Correctionis &amp; occupationis formulae</i>	65 co.
<i>Auctores citandi formulae</i>	66 50
<i>Variatio imperatiui modi</i>	67 codem
<i>Variatio futuri</i>	68 codem
<i>De periphrasi generali uerborum</i>	69 codem
<i>De modo potentiali</i>	70 51
<i>Aestimandi uerba</i>	71 codem
<i>Emendi formulae, &amp; similia</i>	72 codem
<i>Discriminis formulae</i>	73 52
<i>Affirmandi formulae</i>	74 52
	Accusan

## INDEX.

	Ca. Fo.
Accusandis formulæ	75 52
Formulæ utilitatis	76 co.
Præfigij formulæ	77 53
Officiendi et iuuandi formulæ	78 54
Functionis formulæ	79 co.
Quibus modis tribuimus aliquid	80 54
Titulorum variatio	81 co.
Gratulandi uerba	82 co.
Gratias agendi	83 co.
Referendi beneficium	84 55
Originis uerba	85 co.
Pensandi uerba	86 co.
Aptitudinis formulæ	87 56
Ablegandi uerba	88 56
Prosciscendi uerba	89 co.
Conatus	90 57
Explicandi et implicandi uerba	91 co.
Verba finis seu propositi	92 co.
Qua est impudentia	93 co.
Quāmut, Quām qui	94 58
Bene est	95 ibi.
Mea sententia	96 co.
Plus et plusquam	98
Ad summum. Ut minimum	codem.
Morem gerendi uerba	97 co.
Rogandi	98 co.
Ignoscendi	99 59
Abrogandi	

## INDEX

	C. Fo.
Abrogandi	100 59
Ornandi uerba	101 60.
Inter coenam 102 Post coenam.	103 60.
Similitudinis uerba	104 60.
Mutui	105 59
Fallendi	106 60.
Est amicus &c.	107 60.
Sperandi uerba	108 60.
Ad uerbum	109 60.
Ironiae uerba	110 60.
Extrahere diem	111 60.
Paratum ac facile	112 60.
Depellendi	113 60.
Agnoscendi	114 60.
Ab adolescentia	115 60.
Accurate	116 61
Perficiendi	117 60.
Committendi	118 60.
Amandi	119 ibi.
Cupiendi	120 60.
Male precandi uerba	121 60.
Pollicendi	122 60.
Principatus	123 62
Ludorum uocabula	124 60.
Agere delectum	125 60.
Adimendi honorem	126 60.
Persuadendi	127 60.
s Inferendi.	

	N. D. CEN X	Cd. Fo.
Inferendi seu ratiocinandi		128. 62.
Nil nisi		129. 63.
Laudandi ac uituperandi		130. 60.
Summa:		131. 29.
Perdendae opere		132. 60.
Fructus:		133. 60.
Impudentiae		134. 60.
Affectandi uerba		135. 64.
Ignorandi, aut contraria		136. 60.
Turpe est, et similia		137. 60.
Quin et, ut non		138. 60.
Id quod: Quod, ita ut, Ut		139. 64.
Amplificandi uerba		140. 60.
Reciproca constructio quorundam		141. 60.
Non contentus		142. 60.
Satisfaciendi uerba		143. 60.
Impunitatis, aut contraria		144. 65.
Suadendi aut consulendi		145. 60.
Prudens		146. 60.
Causae:		147. 60.
Dierum notatio		148. 60.
De numeralibus		149. 60.
Aduerbia temporis		150. 66.
Annumerandi		151. 67.
Initijs ac finis		152. 60.
Maior opinione		153. 60.
Contingendi uerba		154. 60.
		Finis

## I N D E X.

*Finis capitū prioris cōmentarij, Sequētis autē  
tituli nō sunt per capita dislincti.*

## COMMENTARII SECUNDI QVI

*est de rerum Copia, Index.*

Prima locupletandi ratio,	Fo. 68
Cyclopædiam absolvit.	codem
Omnibus naturæ fortunæq; dotibus præditus	69
Totus commaduit	69
Secunda uariandi ratio	70
Tertia ratio	codem
Quarta ratio	71
Descriptio rei.	Quinta ratio. ibidem. codem, & sequentia
Descriptio personæ	74
Descriptio loci.	77
Egressio, que est sexta locupletandi ratio.	78
Septima ratio	codem
Octaua locupletandi ratio	79
Nona dilatandi seu locupletandi ratio	codem
Decima dilatandi ratio	81
Vndecima ratio	86
Loci communes	codem
Quomodo tractanda sint exempla	88
Secundus modus locupletandi	ibidem.
De exemplo fabuloso	codem
Tertius modus locupletandi exempla	91
De parabola	94
De imaginis	

I N D E X.

De imagine	95
De contentione demonstrativa	96
De iudicijs	96
De sententijs	eodem
De expolitione	98
De Apologis	99
De sonnijs	100
De scilicet narrationibus	100
De allegorijs Theologicis	101
De ratione colligendi exempla	eodem
De partium rhetoriarum multiplicatione	102
Epilogus operis	112
Quid utrobiq; siue eterq; hoc est tam breuitatis, q Copiae studioso uitandum sit.	eodem

Sebastiani Murronis Iunioris

ad Lectorem.

Quo nam sit rerum, Lector studiose paranda,

Verborumq; tibi Copia larga, modo.

Aureus hic aperit, multa breuitate, libellus

Quem cudas docta Roterdame manu.

# DESYDERIUS

Erasmus Roterodamus Ioanni Coleto,

Decano Sancti Pauli apud Lon

dinum S. D.

**N**on possum equidem non uehementer laudare  
COLET E, singularem istā, uereque, christianā  
animi tui pietatē, qui conatus tuos omneis, omnia uitae  
studia semper huc destinaris, nō ut tuis priuatim cōmo-  
dis cōfuleres, sed uti patriæ, ciuibusque, tuis quampluri-  
mum prodesse. Neque minus admiror iudicium, qui duas  
principue res delegeris, quod id cumulatissime conse-  
qui posses. Videbas amplissimum charitatis fructū in eo  
sitū esse, si quis assiduis concionibus, sacraque, doctrina,  
Christū populari suorū animis inserat. Quo tu qui-  
dem in negocio tam annos cōplures uersaris, nō dicā.  
quanta cū laude, quam tu adeo non spectas, ut nec ad-  
mittas, sed certe magno cū fructu. Quo nomine Pau-  
lus ille tuus alioqui modestissimus, subinde gloriatur,  
ac se se sancta quadā insolentia iactat. Deinde quod pro-  
ximum existimabas, ludū literarū longe pulcherrimū  
ac magnificentissimum instituisti, ubi sub electissimis ac  
probatisimis præceptoribus, Britanica pubes rudibus  
statī annis: simul et Christū, et optimas imbiberet lite-  
ras. Nimirū grauter intelligens, et in hac ætate uelut  
herba, spem Reipub. positā esse, et quāti referat in o-  
mnem uitā, protinus ab incunabulis optimis imbui. Iā

uero

uero quis nō ad amet etiā generosam istā animi tui cel-  
situdinē, ac sanctā (ut ita dixerim) superbiā, qui utrūq;  
hoc in patriā officiū ita gratuitū ac syncerū esse uolu-  
eris, ut nec ex tot annorū laboriosissimis cōcionibus,  
uel teruntio factus sis dittor. Cunq; tua seminaris sp̄iri-  
talia, nullius unquam carnalia meſueris, & scholæ  
sumptus, tam uidelicet ingentes, ut satrapā quoq; de-  
terrere poſſint, ſolus omneis ferre uolueris. Et cū uul-  
gus hominū nulla in re libentius ſociū ſoleat ac cerſe-  
re, tu patrimoniu, tu cēſum uniuerſum, ad hec dome-  
ſtīcā etiā ſupelleſtilē proſundere maluisti, q; illū mora-  
tale in iſiū gloriæ partē admittere. Quæo qd iſtud  
eft aliud, q; in uniuerſos tuorū liberos, in uniuerſos ci-  
ues animū plus q; paternū gerere? Teipſum ſpolias, ut  
illorū locupletes. Te ipſum nudas, ut illorū ornes. Te  
ipſum laboribus confiſcis, quo tua ſoboles negeta ſit  
in Christo. Breuiter totū te impēdis, ut illorū Christo lu-  
cificias. Nimiū proſecto ſit inuidus, qui talia conāti  
nō impēſiſime faueat. Impius qui reclamet & obſtre-  
pat. Hoftis Anglie, qui nō pro ſua uirili, adiumenti ali-  
quid cōferre ſtudeat. Ego ſanē nō ignarus, & quātum  
Anglie debeā publice, & quātopere tibi priuatim ſim  
obnoxius, officij mei ſum arbitratus, literariū aliquod  
munuſculū, in ornamētiū ſcholæ tue cōferre. Itaq; du-  
os hos nouos de Copia cōmentarios, nouę ſcholæ mē  
cupare uifum eſt, opus uidelicet cū aptū pueritiae, tum  
nō inſtrugiferū, ni fallor, futurū. Sed quaniū habeat eru-  
ditionis,

diliobis, quātumue sit utilitatis allaturus hic labor me-  
us, aliorū esto iudiciū. Illud uerē mihi sumere possum  
argumentū, hoc à me primū et ex cogitatū, et prodi-  
tū fuisse. Nā quod Iulius Pollux gr̄ecus et antiquus au-  
tor, singularū rerum uocabula per locos digessit, et  
synonyma quædā, ac finitima uelut in aceruos cōgesſit,  
quis nō uidet quām id sit à nostro instituto alienū? Ne-  
q; enim Isidoros, Marios, aut Philiscos libet cōmemo-  
rare, homines in tantum alienos à Copia, ut ne semel  
quidem quæ sentiunt, latine possint efferre. Iam uero li-  
bellus ille, qđ Ciceroni inscribitur (ego magis ab ali-  
quo Ciceronis studio, ex illius scriptis collectum arbi-  
tror) quæso quid aliud habet quām tumultuarī pau-  
carū uocum congeriem? Nos formulas quasdam Co-  
piæ, cēu sōntes ostēdere sumus conati, sic ut à genera-  
libus per gradus ad particulares deueniremus. Quan-  
quam fateor, et doleo huic operi iustam curam de-  
fuisse. Siquidē olim rūdenī materiā in saturū opū te-  
mere conesseramus. Ad quam expoliendam plurimis  
uigilijs plurimorū autorum lectione uidebam opus fo-  
re. Itaq; non admodum erat in animo ēdere. Verum  
cum intellexissem quasdam his cōmentarijs insidiari,  
parumq; absuisse, quin incastigatissimos etiam ēdide-  
rint, coactus sum utcunq; emendatos in lucem emitte-  
re. Nā id malū uisum est leuius. Bene uale. Colet opti-  
me. Londini. Anno M. D. XII. iii. Calend. Maias.

AD SEBASTIANVM · BRANT  
Phalecium, Erasmi Roterodami.

Ornarunt alios suæ Camoene.  
Ornas ipse tuas magis Camoenas  
Multos patria reddidit celebres,  
Vrbem tu celebrem, celebriorem  
Multo constituis Sebastiane,  
Lingua, moribus, eruditione,  
Libris, consilio, seueritate,  
Sic cum foenore plurimo rependis  
Acceptum decus, è tuo uicissim  
Illustrans, patriamq; literasq;.

AD IOANNEM SAPIDVM  
suum, in discessu.

Quando distrahimur absens absentis Erasmi  
Candide Ioannes, hoc tibi pignus habe.  
Quoq; magis spacium se iunget corpora nostra,  
Mutuus hoc propius pectora iungat amor.

DE COPIA VERBORVM LIB. I. FO. 1  
DE. ERASMI ROTERODAMI DE  
Verborū Copia cōmentarius Primus.

Periculosa ē copie affectationē. Caput. I.



T nō est aliud admirabilius, uel *Exordium ab orat.*  
*magnificētius q̄ oratio, diuite* *De oratione r̄m̄p̄*  
*quādā sententiarū, uerborūq; lib: i cap: 1.*  
*Copia, aurei fluminis instar ex* *Compasatiū.*  
*uberans. Ita r̄s est pfecto, que* *Audia quē p̄l̄b̄a*  
*nō mediocri periculo affecte-* *biū: q̄d iuxta prover*  
*tur: propterea q̄d iuxta prover* *Ratio*

*biū: Nō cuiūs homini cōtingit adire Corinthum. Vn=* *ad eloquentiam*  
*de nō paucis mortalibus usu uentre uide mus: ut diuinā* *De illo p̄p̄r̄b̄io*  
*hāc uirtutē, sedulo quidē, sed parū feliciter emulan* *Vīcī Gīell: lib: i.*  
*tes, in futile quandā ac deformem incidat loquacitate,* *cap: 3. et p̄f: i.*  
*dum inani, citrāq; delectum cōgesta uocum & senten* *cīniacibus:*  
*tiarū turba, pariter et rem obscurant, et miseras au-* *Vīcī Hacūanū*  
*ditorum aures onerāt. Adeo ut literatores aliquot hac* *Concordia: de mod.*  
*ipsa dērē, si Dīs placet, etiā p̄cepta tradere cona-* *latine loquendī:*  
*ti, nihil aliud affectui uideantur, q̄ quod Copiā profes-* *Est m̄ eloquentia*  
*si, suā prodiderunt inopiā. Que quidē r̄s nos commo* *amplius accīdar*  
*uit, ut partim ē mēdijs artis Rhetoricae p̄ceptis ad* *quām tumultuā*  
*hoc institutū idonea deligētes, partim que diutino iam* *uerbo: r̄p̄p̄r̄s*  
*dicendi scribendiq; usu sumus cōsecuti, uariaq; pluri* *q̄ntīl: lib: 2 cap: 1.*  
*morū autorū lectione obseruauimus accōmodantes,* *Hinc paratū*  
*uitraq; de Copia ratioes aliquot: deinde exempla: de-* *copia.*  
*niq; formulas cōplures proponeremus, nō id quidem* *Ratio r̄xū m̄f*  
*A conantes,* *r̄m̄p̄ntas*  
*scripsit co*

## DE COPIA VERB.

*agentes*, ut libro rem omnem absolute cōpletamur,  
sed edito ueluti cōmentariolo, doctis & studiosis uia  
aperuisse cōtenti, quasiq; syluam quandā operis futuri  
*Ratio ceteris ratiis* subministrasse: Partim quod solo iuuādi studio ad hoc  
*commentariolo* *supponit rapid* laboris capessendū adducti, nō inuidemus si penes ali-  
um sit, uel tota gloria: modo à nobis ad studiosam iu-

*Secunda ratio* uentutem aliqua manarit utilitas. Partim quod *maius* *gratuit*  
oribus studijs adducti sumus, quam ut in his *utilissimus*  
quidem illis etiam ad maximā: sed tamen in specie mi-  
nutis, uacet permultum opere collocare.

A qbus inuēta, et à qbus exercitata Copia. Ca. II.

*Quintilianus*  
*lib. 10 de copia*  
Porrō ne quis hoc inuentū tanq; neotericū, ac iuu-  
per domī nostrae natū aspernāndū existimat, sciat  
hāc orationis uariandi rationē, ab homine doctissimo,  
pariter & diligentissimo Quintiliano locis aliquot le-  
uiter attingi, et nobiles aliquot Sophistas in compen-  
diū cōtrahendi sermonis uiam ostendisse. Quod face-  
re nequaquam poterat, nisi pariter & explicandi ra-  
tione demonstrata. Quorū si libri extarent, aut si quod  
admonuit Fabius, ad plenū tradere uoluisset, non ad-  
modū futurū erat opus ijs meis præceptiunculis. Ac-  
cedit ad huius negotijs cōmendationē, quod neutiquā  
pigit uiros omnis doctrinæ principes diligenter in hoc  
genere *copia* exerceri. Siquidem extant etiā nunc mirabiles  
aliquot Maronis experientiæ de speculo, de fluvio ge-  
lu concreto: de Iride, de Solis exortu, de quatuor anni  
partibus, de signis cœlestibus. Idem satis indicat Apo-  
logus

## LIBER PRIMVS.

logus ille Aesopicus de Vulpe & Corvo, quē Apuleius mira uerborū parsimonia perstringit, et eundē plurimas uerbis quām fusiſime explicat: exercendi uidelicet ostendandiq; ingenij gratia. Sed age quē tandem posuit post hac huius studij pœnitere, qui Ciceronē uideat illū omnis eloquentiae parentem, adeo huic exercitationi induſſisse: ut cū Mimo Roscio familiari suo solitus sit cōtendere, Vtrū ille ſepuis cādem ſententiā uarijs gestibus effingeret, an ipſe per eloquentiae copiā ſermone diuerso pronunciaret.

Autores quemadmodum luſerint oſtentatione Ccpie. Ca. III.

**Q**uid quod ijdem autores non in palestra ſolum, Querum etiam in opere ſerio nonnunquam oſtentanda Copia luſerunt, dum rem candem nunc ita cohibent, ut adimere nihil queat. Nunc ita locupletant dilatantq; ut nihil poſſis adiungere. Homerus, teſte Fabio, utraq; iuxta re mirabilis eſt, tum copia, tum breuitate. Quanquam in preſentiarum animus non eſt exempla perſequi. Tamen unum atq; alterum ex uno Vergilio proferemus. A quo quid breuius dici potuit, quām illud. Et campos ubi Troia fuit? Pauciſſimiſ uerbis, ut ait Macrobius, ciuitatem hauſit & absorpsit: ne ruina quidem relicta. Rurſum hoc ipsum audi quām copioſe? Venit ſumma dies & in eluctabile ſatum Dardanice, ſuimus Troes: fuit Ilium, & ingens Gloria Teucrorum, ferus omnia Iup-

vide Brabo ad  
Adagijſ.

D E C O P I A V E R B.

piter Argos Translulit, incensa Danai dominanter in  
urbe. O patria: o diuum domus llium, & inclyta bello  
Mœnia dardanidū. Quis cladem illius noctis, quis fu-  
nera fando explicet, aut possit lachrymis æquare la-  
bores? Quis fons, quis torrens, qd' mare tot fluctibus,  
quot hic uerbis inundauit? Verū hoc exemplū ad sen-  
tentiarū copiam magis referendū alicui uideatur. Lu-  
sit & uerborū luxurie, cum ait: Superat ne, & uesci-  
tur aura Aetheræ; nec adhuc crudelibus occubat um-  
bris? Sed hoc Nasoni familiarius est, ita ut eo nomine  
taxatus sit, quod in copia modum non teneat. At taxat-  
tus à Seneca, cuius totam dictionem damnant Fabius.  
Suetonius, & Aul. Gellius. lib. 12 cap. 2

Quibus uitio data immo<sup>dic</sup>a

Copia. Cap. IIII.

**N**Eq; quicquam mēa refert: si quibus uel immodi-  
ca, uel perperam affectata copia uitio data est.  
Nam in Stesichoro Quintilianus notat nimis effusam  
& redundatēm copiam. Sed ita notat, ut uitium esse sa-  
teatur nō admodum resuigendū. Aeschylō probro da-  
tur in ueterē comœdia, quod bis idem dixerit οὐκεῖται  
κατεξομαι. Et ne frustra longum Cathalogum re-  
censem, nō defuerunt qui M. etiam Tullium, ut Asia-  
num ac redundantem nimiaq; luxuriatēm copia dam-  
narent. Sed hæc, ut dixi, nihil ad me pertinent: qui qui-  
dem non quomodo scribendum aut dicendum sit præ-  
scribo, sed quid ad exercitationem faciat ostendo, ubi  
quis

L I B E R P R I M U S . 3

quis nescit omnia iusto maiora esse debere? Deinde  
qd' adolescentia instruo, in qua Fabio nō displicet orationis luxuries: propterea quod facile, quæ supersunt,  
iudicio resecentur. Quædam etiam etas ipsa deterat,  
cum interim tenuitati atq; inopiae, nulla ratione me-  
deri queas.

Eiusdem artificis esse breviter & copio-  
se dicere. Cap. V.

Tam si qui sunt, quibus usq; adeo placet Menelaus il-  
le Homericus ou πολύμηνος: rursum displicet Vlys-  
ses fluminis instar hybernis austri niuibus ruens, si quos  
impendio Laconimus ille, & breviloquentia dele-  
ctat, ne hi quidem nostro labore debent obstrepere.  
Quique, quem nec ipsi sint in frugiferum experturi,  
propterea quod ab eadē ratione proficiisci uideatur:  
ut uel brevissime dicas, uel copiosissime. Siquidē quæ-  
admodum argute Socrates apud Platonem colligit,  
eiusdem hominis esse scite seu meniri, seu uerū dice-  
re: ita non aliud artifex melius ad breuitatem arctabit  
orationē, quam qui calleat eadem quam maxime ua-  
ria supellecile locupletare. Nam quantū ad uerborū  
attinet breuitatem, quis cōstrictius dixerit, quam is cui  
promptum sit ex immenso uerborum agmine, ex omni  
figurarū genere, statim diligere, quod sit ad breuitatē  
accommodatisimū? Rursum quantū ad sententiae bre-  
uitatē, cui magis in manu fuerit rem quam paucissimis  
expedire uerbis, quam qui cognitum ac meditatum

A 3 habeat,

## DE COPIA VERB.

habeat, quæ sint in cassa præcipua, quasiq; columnæ,  
quæ proxima, quæ locupletandi negotij gratia sint ascen-  
tas nemo certe citius certiusq; uidebit, quid citrā incō-  
modum possit omitti, quamvis, qui, quid, quibus modis  
addi possit, uiderit.

De siulte affectantibus uel breuitatem,  
uel copiam. Cap. VI.

*vide Fab. lib. 8 cap de ornatu* **Q**uod si casu uel huc, uel illuc ducimur, periculū  
est ne nobis usū ueniat, quod quibusdam Laco-  
nismi maleficiū statim tibi  
nō nō uideamus euenire.  
Qui cū pauca dixerint, tamē in ijs ipsis paucis multa  
supsumt, ne diçā omnia. sicut ē diuerso imperitis Copiæ  
affectatoribus euenit: ut cum immodice loquaces sint,  
tamen parū dicant, multa nimirū dictu necessaria præ-  
tereunt. Nostræ igitur præceptiones cōspectabunt,  
ut ita rei summam quam paucissimis cōplete possis, ut  
nihil desit. Ita Copia dilates, ut nihil reduncet tamen, li-  
berumq; tibi sit cognita ratione, uel Laconismū amu-  
*vide Fab. lib. 12 de genere diversorum* lari si libeat, uel Asiānam illam exuberantiam imitari,  
uel Rhodiensem mediocritatem exprimere.

Duplicem esse Copiam. Cap. VII.

**P**orrō duplē esse Copiā nō arbitror obscurū esse  
uel Fabio declarante, qui inter cæteras Pindari  
uirtutes præcipue maratur beatissimā illam rerū uer-  
borumq; copiam. Quarum alterā consistit in Synony-  
mia, in Heterosi, siue Enallage uocum, in Metaphoris  
in mutatione figuræ, in Isodynamis, reliquisq; id ge-  
nus uae

nus uariandi rationibus. Altera in cogerendis, dilatandis, amplificandis argumentis, exemplis, collationibus similibus, dissimilibus contrarijs: atque alijs hoc genus modis, quos suo loco reddemus accuratius, sita est. Hæ quāquam alicubi sic cōiunctæ uideri possunt, ut haud facile dignoscas. Ita alteri inseruit altera, ut præceptis potius quam re, atque usu discretæ uideantur. Nos tamen docendi gratia ita separabimus, ut neq; superstitutionis in secando, neque rursum negligentie merito damnari possimus.

Quas ad res conferat hæc exercitatio.

Caput VIII.

vide Pliniūm  
vīde lib. 10. cap. 9. **N**unc quo studiosa iuuentus propensioribus animis in hoc studium incumbat, quas ad res conduit, paucis aperiemus. Principio quidem in totum ad phrasim illam non parum adseret momenti hæc uariandæ orationis exercitatio. Peculiariter autē conferet ad uitandā ταυτολογίαν, uiliū cum foedū, tum odio= sum. Ea est eiusdem uerbi aut sermonis iteratio. Neq; raro usu uenit, ut idem nobis crebrius sit dicendū. Vbi si destituti copia, aut hæsitabimus, aut κόκκυγες in more eadem identidem occinemus: neque poterimus sententiae colores alios, aliosque uultus dare, pariter & ipsi ridiculi erimus, nostram prudentes infantiam, & tedium miseris auditores enecabimus. Est ταυτολογία peior δρυοιλογία, quæ admodū Fabius ait, quæ nulla uarietatis gratia leuat tedium, estq; tota coloris

A 4 unius.

## DE COPIA VERB.

unius. Quis autē est auribus usq; adeo patientibus, ut uel paulisper ferat orationē ubiq; sui simile m. tantam ubiq; uim habet uarietas. ut nihil omnino tam nitidum sit, quod nō squalere uideatur, citrā huius commendatio nem. Gaudet ipsa natura uel in primis uarietate, que in tam immensa rerum turba nihil usquam reliquit, qd' non admirabili quodā uarietatis artificio depinxerit.

### Comparatio.

Et sicut oculi diuersarū aspectū rerum magis detinentur, ita semper animus circumspectat, in quod se ueluti nouū intēdat. Cui si cuncta sui similia occurrāt undiq;, tedium protinus auertitur. Atq; ita perit totus simul orationis fructus. Hoc igitur tantū malū facile uitabit, cui promptum erit sentētiā candē in plures formas uer

De Proteo vide virgilium lib. 4 georgiorum. terc, quām Proteus ipse se transformasse dicitur. Neque uero mediocriter contulerit hæc exercitatio ad extempore uel dicendi, uel scribendi facultatem, præstabitq;, ne subinde uel hæsimus attoniti. uel turpiter intersileamus. Neque difficile fuerit, uel temere cœptam orationē cōmode ad id quod uolumus desferere, tot formulis in procinctu paratis. Præterea in enarrandis authoribus in uertendis ex aliena lingua libris, in scribendo carmine, nō parum adiumenti nobis attulerit. Sigdem, in ijs, nisi erimus his instructi rationibus sè penumero reperiemur, aut perplexi, aut duri, aut muti denique.

Quibus exercendi rationibus hæc facutas parens. Cap. IX.

Sub hæc

Vb h̄ec quibus exercitationibus h̄ec paretur sa-  
 scitatis, reliquā est, ut paucis admoneamus. Præce-  
 ptis diligenter memorie mandatis, saepius ex industria  
 sententias quasdam sumamus, easq; uersemus q̄ nume-  
 roſiſime, quē admodum monet Fabius. Velut eadē, in  
 quiens, c̄era, aliae atq; aliae formae duci ſolēt. Is porrō  
 labor uberiorem adſeret frugem, si compliſculi in-  
 ter ſe coſtientur, uel uoce ſel scripto, proposito in  
 medium themate. Tum enim mutuis inuentis adiuua-  
 buntur ſinguli, & uelut aſſiſta, plura quisq; in-  
 ueniet. Deinde totum aliquod argumentum pluribus  
 tractabimus modis. Qua quidē in re cōueniet Milo-  
 nis illius Crotoniatae ſolertiā imitari, ut principio bis,  
 deinde ter, deinceps ſaepius ac ſaepius uertendo, ad eā  
 facultatē pſiciamus, ut iam ſine negoſcio cētēs ac du-  
 centies uariare poſſimus. Deinde uertēdis grecis au-  
 thoribus nō mediocriter augebimus sermonis copiā,  
 propterea q̄, h̄ec lingua rerū uerborumq; ditissima  
 eſt. Fuerit aut̄ utilius interdum paraphraſi quoq; cū  
 illis certare. Proſuerit plurimū carmina poētarū ora-  
 tione proſa retexere, rurſum orationem ſolutam nū-  
 meris aſtringere, atque idem argumentum in aliud,  
 atque aliud carminis genus transfundere. Magnope-  
 re iuuabit & illud. Si cum locum qui maxime uidebi-  
 tur ſcatere copia, ex autore quopiam amulemur, &  
 cum noſtro Marte uel equare, uel etiā ſuperare con-  
 tendamus. Præcipuam autē utilitatem adſeret, ſi bo-

De Milone. Vide A.  
 Eſollūm lib. 15. cap.  
 12; et Stratone  
 lib. 6.

## DE COPIA VERB.

nos autores nocturna diurnaque manu uersabimus, potissimum hos, qui copia præcelluerunt, Cuiusmodi sunt Cicc. Aul. Gellius, Apuleius. Atque in his uigilatibus oculis figuræ omnis obseruemus, obseruatas memoria recordamus, reconditas imitemur, crebraque usurpatiœ consuecamus habere in promptu.

### Prima preceptio de Copia.

#### Caput X.

**H**ec quasi præfati, superest ut ad preceptionum traditionem accingamur. Tame si ipsa quæ diximus, præcepta quædam uideri queant. Videmur autem non absurde facturi, si præceptiones hinc auferemur, ut præmoneamus Copiæ candidato, in primis esse curandum, ut apta, ut latina, ut elegans, ut pura sit oratio. Neque quicquam existimet ad Copiem pertinere, quod abhorreat à lingue Romane castimonia. Elegans partim sita est in uerbis receptis ab autoribus idoneis: partim in accommodando, partim in cōpositio[n]e. Exemplum primi fuerit: ut si quis p[er]issimum dicat. **Quod uerbum (teste Cicerone) latinis auribus inauditum est.** Secundi: ut si quis dicat. Dedit mihi licentiam, pro eo quod est, fecit mihi potestatem. Tertiij: ut si quis eodem sensu dicat. In iuriam dedit, quo damnum dedit. Nam damnum dare Latinum est. Facere autem iniuriam, non dare, dicendum. Dare malum, latine dicitur. Dare iacturam, nō recte. Facere iacturā latine dicitur pro eo quod est pati. Facere infamiam, non item. Denique facere

## LIBER PRIMVS.

facere iniuriam latinissimum est. Facere contumeliam De illis vide Ha-  
 Cicero latinū esse negat. Sed ad rē, qd' est uestis no= diarijūm.  
 stro corpori, id est, fētentij eloctio. Neq; enī aliter S...mitudo.  
 q̄ forma dignitasq; corporis, cultu habituq;, itidē &  
 fētentia uerbis uel cōmendatur, uel deturpatur. Itaq;  
 plurimum errant, qui nihil arbitrātur interesse quibus  
 uerbis quae res efferatur, modo utcūq; possit intelligi.  
 Neq; diuersa est cōmutande uestis, & oratiōis uarian-  
 dæ ratio. Sit igitur prima curarū, ne uestis aut sordida  
 sit, aut parū apta corpori, aut perperam composita.  
 Nam indignum fuerit, si forma per se bona, uestis for-  
 dibus obfuscata displiceat. Et ridiculū sit, si uir mulie-  
 bri amicū prodeat in publicū. Et scđum, si quis ue-  
 ste præpostera atq; inuersa cōspiciatur. Quare si quis  
 copiam affectare uelit, priusquam linguae latine mudi-  
 ciem sibi cōpararit, is meo quidē iudicio nō minus ri-  
 dicule fecerit, q̄ si quis pauper, cui nec unica sit ue-  
 stis, quam sine magno pudore possit induere, subinde  
 mutato uestitu, alijs atq; alijs pānis obsitus, in forum  
 pdeat, abutiose mēdicitatē suam ostētans pro opibus.  
 Hic quo sepius id fecerit, an nō hoc videbitur iſanior?  
 Videbitur opinor. Atqui nihilominus absurde faciūt  
 isti quidā affectatores Copie, qui cum ne semel quidē  
 possint id quod sentiunt, mūdis uerbis efferre, tamen  
 perinde quasi pudeat eos parum balbos uidcri, ita  
 balbutiem suam alijs atque alijs modis reddunt balbio-  
 rem, quasi certamen ipſi secum sumpſcrit, ut quām  
 possit

## DE COPIA VERB.

possit barbarissime dici, dicat. Volo ego multijugam esse diuitis domus supellectilem, sed totam elegantem esse uolo, ne mibi salignis ac Samijs uasculis omnia sint referita. Volo in splendido conuicio diuersa ciborū genera proponi. Sed quis ferat, si quis centum apponat eduliorum formas, quorum nullum sit quod nō nauseam moueat? Hec non temere pluribus uerbis admodum, quod exploratā habeam plerorūq; mortaliū præcipitem audaciam, quā præteritis fundamentis, statim & illos (quod aiunt) pedibus, ad summa malunt festinare. Nunc uariandi formulas proponemus, eas numerum, que ad uerborum pertinet copiam.

### Prima uariandi ratio per Synonymiam

#### Caput

#### XI.

Prima igitur ac simplicissima uariandi ratio, in his uerbis sita est. Quæ diuersæ cum sint, eandem omnino rem declarant, ita ut ad significationem nihil referat, hoc an illo malis uti. Quæ quidē Synonyma grammaticis dicuntur, contraria his que dicuntur Homonyma. Quod genus sunt, ensis, gladius, domus, ædes, codex, liber, forma, decor, pulchritudo. Horū itaq; maxima uis undecumque ē bonis authoribus cōtrahenda, uaria comparanda supellex. Et (ut Fabius ait) diuitiae quædā extruendæ quibus ubicunq; desideratum erit, possit nobis constare uerborum copia. Neque saterit huiusmodi uocum mūndum copiosum ac penum parasse, nisi non solum in promptu uerum etiam in conspe-

ctu ha-

*Synonymia  
diuitia uerba  
lomos et syn  
Homonymia  
rū cōmū uer  
bi plura di  
significat*

*Fabius.  
lib. 10. cap. 1.*

# L I B E R P R I M U S,

Et tu habeas, ut protinus uel nō quæsita sese ostèdant oculis. Quia tamen in re illud in primis cauendum, ne, quod quidam faciunt, citrā delectum uelut ex aceruo quicquid primum occurrit, in quolibet loco dicamus. Primum enī uix usquam duo uerba reperies adeo Synonyma, quin aliquo discrimine dissident. Nā quid tamidem significat, quām homines & mortales. Et tamen qui passim omnis mortales, pro oēs homines dicit, greco illo notatus est pro uerbio οὐ φανῆ μιν. <sup>Vide Ant. Gel. lib. 13 cap. 25</sup> id est, In lenticula unguentum. Et alicubi literæ & epistola rem eandem significant, alicubi diuersas. Tū ut demus in significatu nihil omnino discriminis esse, tamen sūt alia alijs honestiora, sublimiora, nitidiora, iucundiora, uehemētiora, uocaliora, ad compositionem magis concinna. Próinde dictuero delectus adhibendus, ut ex omnibus optima sumat. In promendo iuditium requiritur, in condendo sedulitas. Ut iudices, prestabit diligenter obseruata sermonis elegātia, proprietasq;. Ut quām plurima recordas, omnis generis aucthorum assida lectio dabit. Siquidē alijs uerbis multa eloquentur poëtæ, alijs oratores. Sunt etiam etatibus sua quedam peculiaria uocabula, Quinet. ā ijdem scriptores rem eandē sē penumero diuersis modis efferunt. Primum igitur ex omni scriptorū genre, uerba quām optima selegenda. Dēinde qualiacanq; erunt, tamen in congeriem addentur, neque uox ullius intercienda, quæ modo apud scriptorem non omittio pessimū

## DE COPIA VERB.

pessimum reperiatur, nullū enim uerbum est, quod nō  
alicubi sit optimū. Prōinde quātumuis erit humile, in  
usitatū, poēticū, priscum, nouum, obsoletū, durū, bar  
barum, ac peregrinum, tamē in suo ueluti grege repo  
natur, ut si quādo uenerit usus, tū accersatur. Quod  
Fabius lib. 8  
cap. 3.  
si uerebimur ne uerbi nouitas aures offendat, rectum  
erit Fabiano uti consilio, ut meminerimus προπτι-  
πλάτσην. Id fiet ijs fermē rationibus. Cato libroruī  
helluo, si tamē eo uerbo fas est uti in re tā p̄eclara.  
Ipsissimus, ut Plauti more loquar. Cur enim non utar  
Ennianis uerbis. Nā Horatiano uerbo libēter uitimur.  
Sic enim isti Neoterici loquuntur, Agnoscis castrense  
uerbū. ut Poëtae loquuntur. ut prisci loquebantur. ut  
dicam antique. Si sic loq̄ licet, si mihi permittas uulga-  
to more loqui, dicā enim græce, quo dicam melius.

### Sordida.

Sordida igitur, atq; humiliā sunt. Ut si quis famili-  
arem, congerronem dicat, audum, helluonē. Nā  
acetum, spongia, pulegium, demiror cur Senecæ uer-  
bi sordida uidcantur.

### Inusitata.

Inusitata Pro senes, pro rugosis. Interduatim et interatim,  
pro eo quod est interdūm & interim. Titiuilitiū,  
pro eo quod est nihil. Vagor pro uagitu.

### Poëtica.

Poëtica. Eliminare, Iuuenari, Agmē pro actu seu ductu. Ut  
leni fluit agmine Tybris. Indomitū pro indomite.

Vt in

## L I B E R P R I M V S.

Vt indomiti furit. Sperare protimere. Ut hunc ego sit  
potuit tantum sperare dolorem. Et Perferre soror poter-  
eo. Vulnificus, tristificus, fatidicus, laurigeri, caprigem-  
num, ueliuolum marc, uitifator, atq; id genus alia.

Prisca.

**E**xpectorare, astutum. Antigerio pro oppido aduersus ~~Persic.~~  
biuum. Creperum bellum, pro dubio. Hostile pro  
pensare. Vitulates gaudentes. Iumentum pro uehiculo.  
Perduellis et perduellio pro hoste patrie. Duellum pro  
bello. Cluere pro pugnare. Temetum pro uino.

Obsoleta.

**B**ouinari pro tergiuersari. Et apludam edit, et flores ~~obsoletas.~~  
bibit. quoru meminit Gel. Et hoste pro hospite ac  
peregrino. Dura.

**V**TR Espubl. castrata morte Camilli. Caperare Durum.  
frontem. Conspuit Alpes niue apud Furium.

Peregrina.

**C**aza pro diuinitate, Persicu. Acinaces pro gladio. ~~Peregrina.~~  
Medicu. Essedum pro Rheda, Britanicum. Vngu-  
lum Oscoru lingua anulus. Cascus pro uetulo, lingua Sa-  
binoru. Vri pro bubus feris gallica uox. Item Leuca  
pro milliario authore Hiero. in Iobelē prophetam.  
Parasange Persica, qua significat spatium triginta sta-  
diorum. Et Bec, lingua Phrygū panes. Camuru pro  
eo, quod est in se rediens, peregrinu uerbum.

Nouata.

**V**T ductare exercitum, ut patrare bellum, Salustianu  
~~Nouata.~~  
Catonia

## DE COPIA VERB.

Catonianū est utilitigator. Incuruicruicū pecus. Policianicū. Vituperones, amorabūdus, subsequā, nuptu rire, uerbigerari. Cuiusmodi uocibus præcipue gaudet Apuleius. Habet, & hæc gratiā, si modo in loco modi cęq; uelut aspergātur. Nā ut elegāter est à Fabio dictū in cibis interim acor ipse iucūdus est. Porrò græca latinis in loco intermixta, nō mediocrem addūt gratiā. Quāquam nō raro fit, ut necessitate cogantur aliena mutuo sumere, ut in πολυπραγμοσύνῃ, φιλωτίᾳ, δεφαμαρτοεπίᾳ, πολυφίλᾳ, προιωτολογίᾳ, atq; id genus sex millibus, de q̄bus fortassis aliās nonnihil dicemus. Sūt nō paucæ græcorū uoces, quas antīcas latinitate donauit. Iis perīde atq; latinis uti licebit, ut rhetor et orator, hypotheca et pignus, helleborū et ueratrū, Sycophanta, Caluniator. præbibo quo usus est Apuleius: Et propino, mastigia, uerbero. Quædā itare cepta, ut desit uerbū latinū. Sicuti philosophus, Theologus, Græmatica, dialectica, Epigrāma. In q̄bus ipsiſ inerit nonnihil uarietatis: si modo græca, modo latina forma inflectantur: ut Epigrāma, aut epigrāmatū. ti. Elephantus & elephas, Delphinus delphin. Lampas, lampada. d.e. Græmatica, cæ:Græmatice, ces.

Aetatum Propria uocabula. Cap. XII

Diligenter itaq; cōueniet obseruare, quid in usum pādis uocibus ætas uariarit. Beatitudinē et beatitudinem, mulierosum & mulierositatē: Cicero primus ausus est dicere. interim pro interdum. Obiter pro interea.

## LIBER PRIMVS.

terea, & uelut alia agēdo. Subinde p identidē. Quintilianis seculo nata sunt. Reatum Messala primus dixit. Munerariū, Augustus. Fauor & Urbanus, seculo Ciceronis uoces erant nouæ. Obsequiū primus dixit Terentius, ut existimat Tullius. Cervicem numero singulari primus dixisse fertur Hortensius. Pyraticam, Musicā, Fabricam, uix dum à suis preceptoribus recepta suis se testis est Fabius. Huius modi uocum idem pollentiu congeries, quam Greci δύνασθαι οὐοι vocant, conduced non tantum ad hoc, ut si quādo res eadem crebris erit repetenda, uitemus οὐοι οὐογίας. i. similes ubiq; sermonis colorem, uerum etiam ad dīvōtū. i. uehementiam faciet. Abiit, erupit, excessit, cuasit, parentem necasti, patrem occidiſti progenitorem trucidasti. Quod genus rhetores inter orationis decoras ferunt uocantq; interpretationē. Ego magis arbitror ad exercitationē adhibendū esse q; ad orationē. Difficillimū enim uariandi genus est, si manente sermonis habitu, sensum eūdem s̄epius alijs atq; alijs uerbis idē pollētibus efferre cōsuescas. Ut adire periculū, subire discrimē, suscipere periculū, aggredi discrimē. Aedificat domū, extruit aedes. Emit librum, mercatus est codicem. Ablegauit puerū, amādatuit ministrū. Hic tibi ab illo habitus est honor: hæc tibi ab illo relata est gratia. Hoc premij recipi, hoc fructus tuli: Cōdonauit culpā remisit noxiā, ignouit admissum. Quoties eius dicere colo, quoties recordor, quoties reminiscor.

B Ratio

## DE COPIA VERB.

Ratio uariandi per Enallagen, siue ἐτέρωσις.

Cap. XIII.

**P**roxima uariādi ratio est: cū eadem uoce modice deflexa, uarietatis nō nihil conciliatur: ut Edax edo, bibax bibulus, bibosus bibo, loquax locutuleius, nugator nugo, blaterator blatero, fallax falso, uolup tuosus uoluptuarius. Huius generis est, cū substantiū nomē adiectuo cōmutatur, aut cōtrā. Vt iuxta sententiā Homeri, iuxta sententiā Homericā: Vir mire faciūdus, uir mira facūdia. Insignite impudēs, insignita impudētia. Cū uerbū actiū mutatur in paſtiū, aut cōtrā. Plurimā habeo gratiā, plurima tibi à me habetur gratia. Magna me tenet admiratio, magna teneor admiratiōe. Nō sic amat filiū mater, non sic amatūr à matre filius. Et ut rē infinite uariā summatim dicā, duobus potissimū modis cōſtabit ec mutatio. Vel cū pars ipsa mutatur, uel cum eadē oratiōis parte manente, qualitas nouatur. Ea tandem ratiōibus cōmutari poterit, qđ sunt res quae uocē cuipiā accidunt. Non confido facturū me, nō est fiducia. Nō dubito quin pos̄it, nō est mihi dubiū quin pos̄it. Iudicet alij, aliorū estō iudiciū. quid buc redisti? qđ buc reditio est? Desine nugari, desine nugas. Est illi mira ſitū auri, mire ſitū aurū. Noſtrū iſtud uiuere triste. Infinitū uerbū, pro nomine. Virtus est uitū fugere. i. uirtus est ſuga uitiorū. In his oratiōibus uerbū nomine perm̄utatur. Amantē redama. Promerēti bene fac. Redama cū qui te amat. Benefac ei qui promeretur. Tui deſide-

desideratissimus est, te maxime desiderat. Nemo tui uidendi cupientior: nemo q̄ te magis uidere cupiat. Hic uerbū participio cōmutatur, uenit erēptū, uenit eripe=re, uenit ut eripiat. hic uerbū supino mutatur. Ad cōge rendas pecunias inhiat, ad cōgerendū pecunias inhiat. Hic gerundium, ut uocant, gerundio cōmutatum est. Hoc dictum oportuit, hoc dicere oportuit. Si qd recte curatū uelis, si qd recte curari uelis. Hic infinitū uerbū supino cōmutatur. Magnū dat ferre talentū. ferre pro ferendū. Sthelenus sciēs pugne. i. sciēs pugnādi. Cupi dus litium, cupidus litigādi. Hic nomen posuū pro gerundio. Libitū est, pro libuit. Misertū est, pro misertus sum. Pertesum est, pro tediuit. Placitū est, pro placuit. Puduit, puditū est. Hic supinū pro uerbo. Meliuscula est, meliuscule est. Plurimū est in foro, plurimus est in foro. Rarus est cōuiua, raro est cōuiua. Multus est apud mulierē, multū apud mulierem uersatur. Frequens est in aula, assiduus in literis. Hic nomine cōmutatur ad uerbum. Verum aliās fortassis ut cōmodius, ita et cō piosius de his dicemus. Nunc de qualitatis uariatione docendi cauſa pauca ponamus, quasi digito fontes ipſos, indicantes.

Numerus.

**V**Surpatur numerus pro numero. Romanus prælio uictor, pro Romani uictores. Vterūq; armato milite cōplent, pro armatis militibus. Omne pecunia absumpsit, oēs pecunias. Populo imposuimus, id est imposui. Et oratores uisi sumus, cum de uno loquatur

## DE COPIA VERB.

Cicero. Vergi. Sed nos immensum spacijs confecimus  
equor. Idē. Haud secus ac patrijs acer Romanus in ar-  
mis. Hominis uultus, pro uultu. Animos pro animo. Nā  
in prima persona pro singulari pluratiū numerū po-  
nere frequentissimū est, aliquoties modestie caussa. In  
secūda nūq, nisi genus ipsum significamus. Que ue-  
stra libido est, id est, uirorū. In tertia inuidiae caussa  
mutauit Terētius. Cum ad uxores uentum est, tū fuit  
senes, cū de uno Chremete diceretur. In explicitosq;  
Platonas: Martialis, cum de uno Platone dicat.

### Persona.

**V**ariatur et persona pluribus modis, uel cū cer-  
ta, p quauis ponitur. Quid facias? ut homo est, ita mo-  
rem geras. Videas et flumina siccā, idest, uideri pote-  
rant. Idē fit per prūmā personā itidē, ut per secūdam.  
Nemīhi tū molleis sub diuo carpere sonos. Neu dor-  
so nemoris libeat iacuisse per herbā. Neuc tibi ad Sole  
uergāt uimeta eadē. Nonunq; pro prima, aut etiam  
secūda persona, tertia usurpamus. Ut ait Clodius, ne-  
gat Cicero. i. tu aīs, ego nego. Vergi. Nec me meminis-  
se pigebit Elysse. i. tui. Nunq; Erasmus Guilhelmi que-  
at obliuisci, pro eo quod est. Nunq; tu potero obliuisci.  
Huc pertinet que uocatur Apostrophe, Scipiadas  
duros bello, et te maxime Cæsar. Polydorū obtrūcat,  
et auro ui potitur. Quid non mortalia pectora cogis  
Auri sacra famēs? Vergi. Parenthesim cū Apostrophe  
cōiunxit in illo. Haud procul inde citē Metiū in diuer-  
sa qua-

**S**a quadrigae Distulerat (at tu dictis Albane maneres)  
**R**aptabatq; uiri mendacis uiscera Tullus. Ad hāc for  
 mam pertinet, quoties uerbū personale impersonali  
 cōmutamus, ut nō te hāc pudent? Nō te horum pudet?  
 Dicitur pāsim pōtificem aduētare. Pleriq; dicūt pōtifi  
 cem aduētare. Dici nō potest, quām te amem. Nemo  
dixerit facile, quām te amem. Genus.

**E**st nōnihil uarietatis et in generis cōmutationē, ut  
 Lachrymat pro lachrymatur. Luxuriat pro luxu  
 riatur, fluctuatur pro fluctuat. Præuertere pro præuer  
 ti. Præcipitat pro præcipitatur. Auertit pro auertitur.  
 Solebat fieri, solitū est fieri. Nō quiuit cōpesci, nō qui  
 ta est cōpesci. Desit haberi in pretio, desita est haberi  
 in pretio. Causa cœpit agi, cœpta est agi. Assentior, et  
 assentio tibi. Cōspicor, et cōspicio. In quorū poslremo  
 mutatur et oꝝuyia. Nam illa quæ refert Diomedes,  
 frustro, patio, moro, demolio, auxilio, populo, digno  
 atq; id genus alia, priscis arbitror relinquenda, nisi in  
 carmine inciderint. nā tū excusatius adhibebūtur. Cō  
 similiter in nominibus. Pileum et pileus. hāc ficus, et  
 hic ficus. hāc barbitus, hic barbitus, hoc barbiton. hic  
 helleborus, hoc helleborū. Casus.

**C**asus etiā mutatur. Eius rei mihi uenit in mente,  
 Cares. Nō sum id nescius, nō sum eius rei nescius.  
 Quædā etiā citrā tropū, duplice habet cōstructionē.  
 Vtor hāc rē et hac re. Egeo tui, egeo te. Dives pecore  
 diues pecoris. Dono te libro, dono tibi librū. Imper-

DE COPIA VERB.  
tior heram hoc malo. impertior heræ hoc malum.

**S**pecies uariatur, cū deductiis utimur p primogeniis. Ut magnis negotiis phibitus, magnitudine negotiorū phibitus. Cū diminutiis loco simpliciū: ut loquacius pro loquax, paucula pro pauca. Cū frequētatiis uerbis pro primitiis. Dicito p dico, uolito p uolo, tacito pro iacto. Cū substatiuo pro adiectiuo, ut si quis pro pestile pestē appelleat, p scelerato scelus dicat. Cū cōparatiū aut superlatiū absoluti loco ponimus. Ut tristior et lachrymas oculos suffusa nitentes. Et facūdiſimus, pro uehemēter facūdo. De qbus suo loco dicemus. Cū patronymicū loco primogeniis ponitur, ut Scipiadas p scipionibus. Verū hoc in carmine fortasse liceat, in oratione profanemo tulerit

**F**igura.  
Figure mutatio copiam adiuuat, quoties simplici dilectione pro cōposita utimur, aut cōtrā. Siue id tropo fit, siue citrā tropū, ut temnere pro cōtemnere. Ruere pro eruere. Ponere p deponere. Mittere p omittere. Rursum cōscribere p scribere. Comedere pro edere. Demirari pro mirari. Inaudire p audire. Incognoscere pro cognoscere. Cōspicere pro sapere. Cōplacare p placare. Dependere pro pendere. Deridiculus pridiculus. Quandoqdem pro quādo: Fit et hoc modo. Nō potest pudeſcere, nō potest pudeſieri. Tēpū est ut expergeſias. Calescere et caleſieri. Ad hanc

## LIBER PRIMVS

12

hanc formā fortasse referendū est illud, Quoties cōpo-  
fitam dictionem simplicibus circuloquimur. Magna-  
nimus uir, uir magno animo. Relege, denuo lege. Ma-  
gnopere te rogabat, magno te rogabat opere. Nō ani-  
maduerit, non aduertit animū. Non satis facit, non fa-  
cit mihi satis. Interdum uariatur compositionis ratio,  
ut exprobrare et opprobrare, persoluere, dissoluere,  
exoluere, resoluere aē alienum.

### Tempus.

**T**empus quoq; non raro commutatur. Memini le-  
gere, & memini legisse. Prædiceres pro prædi-  
xisse, uel prædicere debuisse. Laurus erat, pro laurus  
esset. Vicimus pro uincemus. Salutato p̄ saluta. Imus,  
uenimus. uidemus. præsens pro præterito.

### Modus.

**H**ic finitima est modi uariatio, ut uicero p̄ uin-  
cam. Salutabis pro salutato. Ne crede, ne cre-  
das. Si uoles, si uolueris. Vbi uoles, ubi uolueris. Cū uo-  
cabit, cum uocauerit. Quia bene natus est, quia bene  
natus sit. Venari pro uenabatur.

### Declinatio.

**I**n nonnullis licebit & declinationem uariare. Ut hi-  
larus & hilaris, uolens & violentus, tuger & tuge-  
rū, capo & capus, pauo pauus, scorpio scorpius.

### Coniugatio.

**I**n aliquot coniugationem, ut lauare pro lauare, ser-  
uere & seruere, accersere & accersire.

## DE COPIA VERB.

Variatur eadē dictio his quoq; modis. Prothesi, ut tetuli pro tuli, gnato pro nato. Epenthesi. Mauortis p Martis. Proparalepsi, ut admittier, accingier, dicier; p admitti, accingi, dici. Paragoge, potestur pro potest. Aphæresi, Ruit omnia late, pro eruit. Linquere castra pro relinquere. Syncope, extinxi, dixi: pro extixisti, dixisti. Apocope, Mage p magis, uin pro uis' ne. Quæ quidē species sunt Metaplasmi: propterea quod dictiōnem quasi transformēt. Reliquas species prudēs omitto, qd' nō admodū ad copiā facere uidētur. Et nobis p̄ positiū est, ea dūtaxat persequi, quæ proprie p̄tineant ad id quod instituimus.

Variandi ratio per Antonomasiā Cap. XIII  
Proxima uariādi sermōis ratio cōstat Antonomasiā, id est nominis p̄mutatiōe, ut si quis pro Achille Peliden aut Aeaciden dicat, pro Romanis Romidas. Pro Troianis, Priamidas aut dardanidas. Pro Hercule. Thyrinthiū. Pro Venere, Cythereā aut Cypridē. Pro Diana, Cynthiam. Nōnunq; Epitheton pro nomine ipso subiçere licebit. Vergilius, Thalamoq; fixa reliquit, Impius, impiū pro Aenea dixit. Luius Poenū pro Hannibale. In Terētio sāpe senex pro persona heri. Eiusdē generis est, si quis Poētā dicat, Homerū sentiēs Philosophū Aristō elē significās. Quēadmodū graci Persarum regē Bæsilēa nominant. Neq; ab hoc genere abhorret, si quis pro fure Verrē dicat: pro molli, Sardanapalū. Quæ suo loco referemus.

Variandi

LIBER PRIMVS.

13

Variandi ratio per Periphrasim. Ca. XV.

ID si pluribus uerbis fiat, Periphrasis erit. Quā quādam Circuitio nē noiant, ut si quis euersorē Carthaginis, et Numātiae pro Scipione dicat, ut Troiani belli scriptorē dixit Horatius pro Homero. Itē si Mantuanus uates ponatur pro Vergilio. Venusinus poēta, p Horatio, Peripateticæ scholæ princeps, p Aristotele. Stoicæ familiæ pater, pro Zenone. Voluptatis assertor, pro Epicuro. Hęc autem ratio plurimis constat modis. Etymologia. Notatione. Finitione.

Etymologia.

Etymologia cū noīs rationē explicamus, ut si q̄s h̄eredipetā dicat, q̄ h̄ereditates alienas appetat capiētq;. Aut pro parasito, hoīem cibo uētriq; dediū. Aut p philosopho, homiem sapientiæ studiosum. Pro grāmatico, qui literas doceat. Pro assiduo, qui det æra. Pro locuplete, qui plurima loca possideat. Pro pecunioso, qui magnam pecorum copiam possideat.

Notatione.

Notationē constabit, cū notis quibusdā accidentium rem quāpiam describimus, ut si quis irā intelligens, animi aut bilis effruescentiā dicat, quæ palorem uultu, ardorē oculis, tremorem mēbris inducat. Eiusdē generis est & illud. Qui digito scalpunt uno caput, quo molles & parum uiri significantur. Aut si dicas. Cubito se emungit, falsamentarium indicans.

Finitione.

B 5

Finitione

## DE COPIA VERB.

**F**initione cōstat. Ut si quis artē bene dicendi pro rhetorica dicat. Virū peculatorē, virū qui ciuitatis aerarium cōpilasset. Hominem tyrannum, qui vi leges ac ciuium libertatem oppresisset.

Variandi ratio per Metaphorā. Ca. XVI.

**A**Lia uero uarietatis ratio ex Metaphora nascitur, quae latine Translatio dicitur, propterea qd' uocem à genuina, ac propria significatione ad nō propriam transfert. Ea multis modis tractatur.

### Deflexio.

**P**RIMŪ deflexione, quoties uox ē propinquō ad rē proximā deflectitur, ut video pro intelligo. Audire p̄ obiecterare, aut credere. Sentire pro intelligere. Perspicere pro cognitum habere. Odorari, olfacere, pro suspicari ac deprehendere. Cōcoquere pro serre. Denuorare pro uincere ac perferre, Complecti, exosculari, pro amare. Suspicere pro admirari. Despicere pro contemnere. Ita stupet animus, stupent oculi, stupent dentes. Siquidem in his, quod est corporis, ad animum transfertur. Quo metaphoræ genere nihil usitatius. Huc sortassis pertinent & illa, quoties cano pro dico, canto pro scribo dicimus. Præconium pro laude. Bucinari pro celebrare.

### Ab irrationali ad rationale.

**P**ROXIMA species est, quoties à bruto animāte ad animal ratiōe præditū fit trāslatio, aut cōtrā. ut si hominem odiosę, atq; insuſe loquacitatis rudere dicas, aut blaſcarē

L I B E R P R I M V S . 14

blaterare, aut grunire, aut gānire. Si oblatrare pro  
obirectare, allatrare pro cōuitiari dicas. Cōtrā si olo  
rem canorū, musicū, lusciniā. perfidū, uulpē, ambitio  
sum, leonē. assentatorē, canem dicamus. Cuiusmodi  
multa Vergilius tribuit apibus, dū quicquid agitur in  
hominum Republica, id traducit ad hoc animal

Ab animali ad nō animal, aut contrā.

Longius erit petita Trāslatio, si ab animali ad ina  
nimale traducatur, aut contrā. Verg. Sitantū pecto  
re robur, cōcipis. hic robur à ligno ad hominē translu  
lit. At procul exelso miratus uertice mōtis. Animale  
ad inanimatū trāstulit, cū uerticē pro cacumine dixit.  
Itē Et nūc omnis ager, nunc oīs parturit arbos. Et ri  
det ager. Cōtrā ambo florētes et atibus. et uiridis etas,  
et uernat etas. Iraū mare, indignatus Araxis, audāū  
mare. mirātur gargara. quod genus et plura sūt exem  
pla, et frequētius obuia, quām ut hic debeat referri.

Ab animali ad animal.

Vt si quis coruū sui inequitatē dicat, et pascētes apes,  
Ab inanimato ad inanimatū, aut contrā.

Smetur Metaphora, si quis syluam scatere dicat,  
quod est fontiū. Aut odium suppullulas cere, qd' est  
fruticū. Aut si quis pilos fruticari dicat. aut syluescere,  
quod est arborū. Si quis orationē fluere dicat. Aut flu  
etus, et undas negotiorū. Eiusdem generis est si quis  
collem uerrucam dicat, quemadmodum: Cato.

Metaphora reciproca. Cap. XVII.

Quædam

DE COPIA VERB.

Vædam translatiōes reciprocæ sūt, siue cōmūnes, quas græci uocāt ἔκολαθάς. Nā pro gubernatore aurigā, ita pro auriga gubernatōre recte dixeris. Quædā unius dumtaxat partis, quas ἔκολαθάς appellāt. Siquidē ut uerticē recte transfers ab hominē ad montē, ita non recte cacumen ad hominē traduxeris. Facit aut̄ Metaphora nō solū ad copiā orationis, uerū & ad ornatū, ad gratitatem, ad euidentiam, ad sublimitatem, ad festiuitatem. Nōnunquā & necessaria est, quēadmodū rustici gemmā dicūt in uitibus, gēmare uites, siuire agros, fructus laborare. Nos durum hominē, asperum, neq; enim aliud habemus uerbū. Sed quot modis adhibetur translatio, & quatenus differat à finitimis tropis, nō est huius prop̄ siti scrupulosius persequi. illud admonuisse profuerit, ut qui uolet in dicēdo copiosus esse, ex optimis authōribus maximā insigniū translationū uim adnotatā cōparet. Sunt aut̄ apud. M. Tulliū optimae, apud Quintilianum plurimæ. Ex adagijs item nō pauca colligi poterūt. propterea quod pleraq; aut allegoriā habet, aut aliquā Metaphoræ speciē. In his colligendis nos elaborauimus, haud scio quām feliciter, magnis certe uiglijs. Nihil uero prohibit, quo minus ipsi uel ex lectis, uel ex animaduersis rerū omniū naturis undecūq; metaphoras fingamus, modo ne sit dura translatio, ne sordida, ne maior, q; opertet, ne dissimilis, ne nimū crebra, præsertim in eadē specie. Illud item nō abs re fuerit

fuerit admonere, in metaphorā interdū in simplici nomi  
ne sitā esse. Ut si quis hominē uentri addictū, peccudē  
appellet. Non nūnq̄ i epitheto. Ut cū saxeū hominē, aut  
ferreū scriptorē dicimus, aut uireas undas, floridam  
etatē. Interi in uerbo simplici, Ut auolat ætas, labūtur  
anni. Interdū additur quiddam, qd' Metaphorā expli-  
cit. Inflāmauit hominē cupiditate glorie. Incēdit ira

Variandi ratio per allegoriā, Ca. XVIII.

**I**dem efficit allegoria quod metaphora: Neq; enim  
aliud est allegoria quam Metaphora perpetua. Ut  
pedem conserre, pro eo quod est cōcertare argumen-  
tis. Iugulum petere, pro eo qd' est, caput causse aggre-  
di. Et tragulam iniūcere, pro eo quod est, fallaciā in-  
tendere. Ut etiā nauem perforet, in qua ipse nauiget,  
idest ciuitatē cuertat: qua subuersa sibi quoq; sit pere-  
undum. Huius usus frequentior est in sententijs prouer-  
bialibus, ac prouerbij. Ut fl̄imma sumo est proxima,  
quo significatur tempestiuiter cauendum esse pericu-  
lum. Et uino uendibili suspensa heder a nihil est opus,  
cū significamus rei per se laudabili nihil opus esse cō-  
mendatione aliena. Et Cretizandū aduersus Creten-  
sem, id est, mendacij ac dolis agendū cum subdolo ac  
uano. In huiusmodi paroemij allegoria nonnunquam  
exit in enigma. Neq; id erit uitiosum, si doctis uel lo-  
quaris uel scribas. Imò ne tam quidem si uulgo. Neque  
enim ita scribendum, ut omnes omnia intelligat, sed ut  
quædam etiam uestigare ac discere cogantur.

Variand

D·E C O P I A V E R B.

Variādīratio per Catachresim. Ca. XIX.

**E** Andem uim obtinet Catachresis, quā latini dicūt  
abusionē, Atq; hac nota secernitur à trāslatiōe,  
quod abusio est ubi nomen omnino defuit. Translatio  
ubi aliud suit, Veluti cū parricidā dicimus, qui fratre  
occiderit. Et piscinā, in qua lauamus, nec pisces insūt.  
Vires hominis breues, lōgum cōsilia, minutū animū,  
pro paruo. Illud oratōis genus maxime probat Quin  
tilianus, in quo triū permixta est gratia. Similitudinis,  
Allegorie, & Translationis. Ut quod freū, quē Euri  
pum, tot motus, tātas, tam uarias habere creditis agi  
tationes, cōmutatioēs, fluctus, quātas perturbationes, &  
quantos æstus habet ratio Comitiorū, dies intermisus  
unus aut nox interposita sēpe & perturbat omnia, &  
totā opinionē, parua nonnunq; cōmutat aura rumoris.

Variatio per Onomatopœiam.

Capit. XX.

**N** Onnihil accedit uarietatis, et ex onomatopœia.  
que fictio nominis dici potest. Quod genus sūt  
Tarantara, pro cātu tubæ. Sibilus, murmur, mugi-  
tus. Ad eandem formā pertinet Paragoge, id est dedu-  
ctio ac deriuatio nouorū uerborū ex Analogia sūpta.  
que cur nobis etiam sit fugienda, non uideo, si quādo  
sētentia postulabit. Syllaturire, pro eo quod est Sylle  
mores imitari uelle. Et quēadmodū dicimus Cacatu-  
rire, micturire, esurire, qd uetat quo munus iuxta Ana-  
logiam dicamus, dormiturire, Scripturire, Proscriptu-  
rire, Di-

vire, Dicturire, Bellaturire, Nupturire? Et quēadmodum dicimus gr̄ecari, cur nō itidē dicamus iuuenari, poētari, cornicari, rhetoricari, philosophari, theologi? Ut laureati, mūmati, scutati, cur nō itidē pileati, laruati, psonati et si quas fūt similia? cur nō succescere, sicut arescere? et in his quidē fictionibus Gr̄eci longe fūt latinis felitiores. Nobis tamē nō nihil audendū censeo, pr̄esertim in carnine, et in uertēdis gr̄ecis authorib⁹. Certe quē reperiūtur apud idoneos authores, ea fūt audacter usurpāda. Neq; enī ullū uerbū nobis uideri debet durū aut obsoletū, qđ apud scriptorē probatum reperiatur. Quā quidē in re lōge lateq; dissentiq; ab his, qui uocē omnem ceu barbarā horrēt, quā apud M. Ciceronē nō legerint. Quin illud etiā obseruandū, eiusdē dictionis interdū uariā esse Paragogen, quē ad modum superius attigimus. Voluptuosus et uoluptuarius, edax et edo homūculus, homulus, homūtio. paux illū et paucula Harū igitur oīm rerū obseruatio, copiā oratiōis nō mediocriter adiuuabit, pp̄terea qđ in his factitijs nominibus magna pars opū ligue latīna sita ē Variādi ratio per metalepsin. Ca. XXI.

**A** Busioni cōfinis est Metalepsis, quē transſūptuo latinis dicitur. Ea erit, ubi grat̄i itur ad id qđ ostendimus, ut Speluncis abdidit atris. Nam nigræ intelliguntur, ex nigris obscuræ, et per hoc eum in preceps profundæ. Verum huius figuræ usus magis incidet in carmine, quam in oratione soluta.

## DE COPIA VERB.

Variandi ratio per Metonymiam.

Caput XXII.

**N**Eq; mediocriter ad copiam orationis facit Tropus, qui uocatur Metonymia, quæ dicitur etiam transmutatio. ea fit compluribus modis. Vel cū inuentorem pro re subiecta ponimus, ut Cererem corruptā tundis. Sine Cerere et Baccho friget Venus. Receptus terra Neptunas, Clases aquilonibus arcet. Vulcano dicare. Vario Marte pugnare. Venus confert oculis et uoci. Hic inuentor, aut qui præsidet, pro re subiecta ponitur. Quod si uertas, erit durius. Ut, unum prececumur, nam hic deus præsens adest, hic uinū pro Baccho positū est. Vel cū id quod cōtinet, pro eo que d cōtinetur, usurpatur. ut epotis cados, cœlo gratissimus amnis, idest cœlitibus. Seculū felix. Aut cīcū, trā, id qd' diuinus et uiolentius fit. Iam pximus ard. et Vcalegon, hominē pro domo posuit. Terē. Ear' aus ad nos. i. ad ædes nostras. et cū dicimus hominē d. euorari, cuius patrino nū cōsumitur. Hūc tibi cōm. edendū ppino. De sene gūstarit. i. de pecunia senis. Vbi dominus rei p re ipsa potitur. Vel cū ex effici' etc, effectū significamus, hic melior remis: signif'cat enī uelocitatē, sed quæ per remos fit. Vel cōtrā, ut frigus pigrū, Mœstūq; timorē mittite. Pallida m'ors. Audax iuuēta. Pallētesq; habitat morbi. Tristis' q; senectus. Præcps ira, hilaris adolescētia, in cōjultus amor. Inuere cūda nox. Audax uinū. uel cū du cē ponimus phis q subsunt: Ut, cū ab Annibale cesa apud

apud Cannas sexaginta millia dicimus. Aut cū autorem pro opere ponimus. Ut cū dicimus, Vergiliū ue- nisse, Plinium semper in manibus habendū. Simile est huic, cū sacrilegiū deprehensum dicimus, nō sacrile- gum. Et armorum scientiam habere: non artis.

Variandi ratio per Synecdochen. Ca. XXIII.

**V**ehemēter adiuuabit Copiam & Synecdoche: quam quidā intellectiōnē uocant, quoties ex uno plures intelligimus. Ut Romanus prælio uictor. Et Poēnus fugatus, pro poeni. ex parte totū, ut mucrone, pro gladio, tectum pro domo. Retroq; ut ingens à uertice pontus. Ex fonte mō: ignemq; ferebāt. Ex specie genus Iracundior Adria, pro quo uis mari. Acheloia pacula, pro quo uis fluvio. Quod non ita cōmode uertitur. Ex materia rem cōfectam, ut ferrū pro gladio, abies aut Pinus pro naui. Ex præcedētibus sequētia, ut uirginea soluit zonam. i. deuirginauit. Subdidit equo calcaria. i. cucurrit. Breuiter cū aliud ex alio intelligitur. Vixe- rūt, pro mortui sunt. Nos quoq; floruimus. Etiā suimus Troēs. Et summa procul uillarū culmina sumant, no- cleim imminentem intelligimus, cum longe aliud dictū porrō ex signo rem signatam colligimus.

Variādi ratio per equipollentiā. Ca. XXIII.

**P**rincipia uariandi ratio sumitur per iōodwā-  
uiāv, id est, per equipollentiā. Ea constat nega-  
tionis additione, detractione, geminatione, & uerbis  
contrarijs. Ut primas obtinet, non est in postremis.

## DE COPIA VERB.

Vir egregie doctus, vir minime indoctus. Omnia fecit,  
nihil nō fecit. Nō nihil fallacie intendendū in hominē  
.i. aliqd fallacie. Assumpto autē uerbo diuerso, & ap=   
posita aut adempta negatiōe statim nouā orationis fa=   
ciem cōstitueris. Placet, nō displicet. Accipio cōditionē  
nē, nō recuso cōditionem. Verū de his reliquisq; æqui=   
pollentijs, exactius suo loco tractabimus.

Variandi ratio per cōparatiua. Ca. XXV.

TN nonnullis cōparatiuis dictionibus fit hæc commu=   
tatio citrā negationem, translati dūtaxat partibus.  
Ut anteponit famam pecuniae. Posthabet pecuniam fa=   
mæ. Minoris facit famā quām pecuniam. Pluris facit  
pecuniam quām famam. Prius habet lucrum quām ho=   
nestum. Posterius habet honestum quām lucrū. Atque  
hæc quidem copia nascitur ex contrarijs. Cuiusmodi  
sunt. Suspicit, despicit, curat, negligit, appetit, fastidit,  
atque id genus innumera.

Variandi ratio per relatiuorum commu=   
tationem. Ca. XXVI.

Facilis est item uariandi ratio per dictiones relati=   
uas. Vxor illius esse nō uult: non uult illum maritū.  
Recusat illius esse sacer. Recusat illum generum. Pu=   
det me huius natus. Pudet me huius socrū uideri. Non  
alium mihi patrem optem. Nullius malum esse filius.  
Ó me tali felicem præceptore. Felicem me qui tuus sim  
discipulus. caue isti locaueris agrum. Ne committas. ut  
hic agrum conducat tuū. Iamdudū expectat, ut uiro nu=   
bat. Ex=

bat. Expectat, ut se uir aliquis ducat. Nolim tibi debere. Nolim te mihi creditorem. Hoc me docuisti, hoc ex te didici. Hoc mihi retulit Paulus. Hoc ex Paulo audiui. Plurimum ex ea re capies emolumenti. Eares plurimum tibi adseret emolumenti. Literæ non parū ornamenti tibi conciliabunt. Ex literis non parum ornamenti tibi accedet. Pater filio reconciliatus est. Filius cum patre redijt in gratiam.

Variandi ratio per amplificationem.

Caput      XXVII.

Ex Auxesi, hoc est amplificatiōe uariatur oratio: cū amplificande rei gratia uerbū atrocius subiuncimus loco propriū: ut, cū occisum dicimus, qui sit cæsus. Latronē, qui sit improbus. Occidisse, cuires acerbior acciderit. Ex animatū, dolore affectū. Eneatū, cruentū. Mutū, qui nihil respōderit. Reuixisse, qui spem receperit. Huc pertinent & appellatiōes illæ, de quibus ante nō nihil memini, cū carnificē appellamus hominē immitem. Sacrilegū, sceleratū. Veneficam, malā. Præterea illæ. Scelus, monstrū, pestis, labes. Postremo & hæ. Atreus, pro crudeli. Sardanapalus, pro effeminato. De quibus suo loco copiosius.

Variandi ratio per Hyperbolēn. Ca. XXVIII

Variat & Hyperbole. quam quidā superlationem nominavit. Ut hic uel saxa sua loquacitate possit rumpere. Coelum digito attingere. Ocyor Euro. Et fulminis ocyor alis. Vox astra scribat.

DE COPIA VERB.

Variandiratio per μειωσιν, idest per di-  
minutionem. Ca. XXIX.

**D**iuersus variandi modus per μειωσιν, hoc est per  
diminutionē. Veluti quoties attigisse dicimus eū  
qui pulsauit, lexisse qui uulnerauit. Interdum diminu-  
tio sapit Hyperbolē, ut uix ossibus harent. Breuior  
Pygmæo. Minus habet quām nihil. Verum de his quo-  
q; nonnulla suo loco differemus.

Variandiratio per cōpositionē. Ca. XXX.

**V**ariatur oratio nō nihil et ex cōpositione, Ea si-  
ta est in his fermē figuris. Asyndeto, Polysynde-  
to: Veni, uidi, uici. Te clumq; laremq; Armaq; Amy-  
cleumq; canem, cressamq; Pharetrā. Sizeugmeno: Id  
fit quoties ad unum uerbū plures sententiae respōdent.  
Fit autē trifariam, aut cū praeponitur, aut cū sequitur,  
aut cū interponitur: ut Deflorescit forma, uel morbo,  
uel aetate. Vel, morbo, uel aetate forma deflorescit. Aut  
aetate forma deflorescit, aut morbo. Vicit pudorem li-  
bido, timorē audacia, rationem amentia. Contrā. Ne-  
q; enim is es Catilina, ut te aut pudor unquam à turpi-  
tudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuo-  
carit. Nonnunq; & per iterationem repetitur nō con-  
iunctio, sed nomen aut uerbū. Quam Epanalepsim uo-  
cant. Nihil ne te nocturnū presidiū palatiū, nihil urbis  
uigilie, nihil timor populi, nihil cōcursus honorum o-  
mnium, nihil hic munificentissimus senatus habēdi lo-  
cus, nihil horū ora uultusq; mouerunt? Simile huic. Vi-  
cit pū

cit pudorē libido, uicit timorē audacia, uicit rationem amētia. aut per σωνοντιαν. Vicit timorē audacia, rationē superauit amētia, libido pudorē expugnauit. Experiamur igitur, quo ratiōibus eadē sentētia posse per has figurās uariari. Cōtemnit Deos, contemnit homines: Deos cōtemnit, homines cōtemnit: Cōtemnit et deos et homines: Et deos & homines cōtemnit, Deos cōtemnit atq; homines. Ad hūc locū pertinet & illa: Inediæ, q̄ frigoris patientior. Lucri, q̄ gloriæ cupientior. Cupientior lucri, q̄ gloriæ. Lucri cupiētior, q̄ gloriæ. Chariorē habeo neminē, & neminē habeo chariorem. Quanq; hæc nō ita multū adferūt momenti, adiuuant tamē. Et quibus de causis. Ob eā rem. Eam ob rem. Ob caussam tam paruulā. Tam paruulā ob caussam. Veniā ad te quādo ita uult pater: Quādo ita uult pater ueniā. Eiusdē rationis est cū ex oratione simplifici duplē facimus, aut cōtrā: ut Omnia tua mihi debes: Quicquid habes, id omne mihi debes.

Variandi ratio per οὐταξι. i. construētionem. Cap. XXXI.

Ex ordine siue cōstrūctione item nōnulla sermons uarietas existit, id qđ superius attigimus. Nā plerāq; dictiones sunt, quæ nō respuunt diuersam constructionē: ut multū pudorem, & multū pudoris. Scripti mihi, & scripsit ad me. Diuersum seu alienū huic, & diuersum seu alienum ab hoc. Iactat maiores suos, iactat se de suis maioribus. De te somniaui, te somnia-

## DE COPIA VERB.

ii. De te ridet, te ridet. Tota nocte potauit, totā noctē  
potauit. Romanorū summus, Sūmus inter Romanos.  
Scrutus morte durior, scrutus durior q̄ mors. dānatus  
est de repetūdis, dānatus est repetūdarū. Natus gloriæ,  
natus ad gloriā. Tuæ partes sunt, tuarū est partium.

Variandi ratio per mutationem figuræ ua-  
rijs modis. Ca. XXXII.

**V**ariatur oratio, quoties alio atq; alio affectu, ac  
ueluti habitu profertur. Quam interim figuræ  
mutationem licebit appellare: ut non est miserum mo-  
ri, & usq; adeo ne mori miserum est: nihil est te ua-  
nius, an quicquam te uanius? Hic per interrogationē  
uariata est figura. Non magnam laudem affecutus est.  
Egregiam uero laudem es affecutus. Nō ista curat po-  
pulus. Id populus curat scilicet? Hic per ironiam com-  
mutata est sermonis facies. Vehementer amat pecuni-  
am. Dij boni, quām amat pecuniām per admirationē  
uersus est oratiōis color. Tum Deos cōtemnit, tū ho-  
mines. Haud scio magis ne Deos cōtemnat, an homi-  
nes? Hic per dubitationē cōmutata est oratiōis forma.  
Nihil mihi carius aut antiquius fama. Dispeream si qd  
mihi carius fama. Hic per admirationem uariatus est  
sermo. Ista nunquā cogitauit. Dij meliora, quām ut ista  
cogitarim. Hic per abominationem cōmutatus est co-  
lor. Est uir insigni uanitate. O singularem hominis ua-  
nitatem. Hic per exclamationem. Non modo uirgines  
aliquot cōstupravit, uerametiam Vestalem incestu pal-  
luit.

luit. Virgines cōplures stupravit, ut interim de Vestali incestu polluta sileam. Hic per occupationē uariatus est sermo. Cū & genere sis obscurissimo, & re nulla, nullis literis, nulla forma, nullo ingenio, quid est cur te adeo iactes? Quid habes cur tā sis insolens? Natalium splendorē? atqui genere es obscurissimo. Opes? at uel Iro ipso pauperior es. Eruditionem? sed bonas literas nec attigisti unquam. Formam? at ipso Therseus deformior es, Ingeniū? at istud projecto nactus es stupidissimum. Quid igitur ista tua iactantia est; nisi mera infania? Hic per fabiectionem uariatus est orationis habitus. Neq; uero solū per omnes figurās, uerumetia per locos propè omnes uariari potest oratio. Cæterū quoniam hæc magis uidentur ad rerū copiam pertinere, secundo cōmentario de his diligentius differemus. Ac formas sermē omnes paucis indicauimus, quibus manente sententia cōmutatur oratio.

Experientiæ. Cap. XXXIII.

**N**unc quo res fiat dilucidior, experiūdi gratia sententiā unā atq; alterā proponamus. conemurq; quo ad fieri poterit ēādem, ueluti Proteū, in omnē spe ciem uertere. Non quod omnis uariandi ratio in unam quāpiam orationē possit incidere, sed quot incident, tot uteatur. Sumaturq; illud exempli loco.

Tuæ literæ me magnopere delectarunt.

Tuæ, nō admittit Synonymiā. Tuæ āplitudinis. Tuæ pāternitatis. Tuæ maiestatis, Periphrasis est. Si nomē p-

## DE COPIA VERB.

priū ponas, puta Fausti. Heterosis est & partis & pso  
næ. Fausti literæ. Si Faustinæ literæ. Heterosis substati  
ui epitheton. Literæ.

Epistola, literæ, tabellæ, Synonymia est. Literulæ, epi  
stoliū, tabellulæ, Heterosis, Schedæ, scripta, Syncedo  
che. Quod ad me scripsisti, Periphrasis est.

Mc.

Animum meū, peclus meum, meos oculos, uel Peri  
phrasis, uel Syncedoche. Nos pro mc. enallage nume  
ri. Erasmū Heterosis est persona.

Magnopere

Valde, uehemēter, nimū, mire, mirifice, magnifice  
&c. Synonymia est. Magnopere, summope, supra mo  
dū, præter modū, unice,  $\alpha\kappa\mu\chi\sigma\tau\sigma$  est. Haud mediocri  
ter, nō parū, nō vulgariter, per cōtraria & negationē  
dici nō potest. Quātopere, incredibile dictu, uerbis cō  
sequi nequeā, atq; id genus alia, Hyperbolēn sapiūt.

Delectarunt.

Oblectarunt, recrearunt, exhilararūt, Synonymia est  
Nisi quod in exhilararūt metaphora uidetur esse. Vo  
luptatem attulerunt, uoluptati fuerūt, iucundæ fuerūt  
& similia. Periphrasim habent. Voluptate perfude  
runt, mellitiſſimæ fuerunt, & consimilia. Translaticia  
sunt. Non iniucundæ fuerunt, nō insuaues, à contrari  
orum permutatione. Reliqua citra cōtextum commo  
de ostendi non possunt. Nunc igitur experiamur.

Tuē me literæ magnopere delectarunt. Delectarūt  
mirū

mirū in modū tuæ me literæ. Maiorē in modū me tuæ  
deleclarūt literæ. Hactenus prater cōpositionē nihil  
sermè mutatū est. Tuis literis sum magnopere delecta-  
tus. Deleclatus sum maiorē i modū tuis literis. Hic ge-  
nus uerbi dūtaxat est cōmutatum. Epistola tua me ue-  
hemēter exhilarauit. Tua qdē epistola sū uehemēter  
exhilaratus. Tuæ literulæ non mediocriter animū meū  
refecerunt. Humanitat̄ tuæ scriptis sum nō medio-  
criter animo refectus. Ex amantissimis literis tuis in-  
credibilem cepi uoluptatem. Hyperbole & relatio.  
Amantissimæ tuæ literæ incredibilem mihi uoluptatē  
attulerunt. Nouam quandam lētitiā tuæ schedæ mihi  
pepererunt. Tuis ex schedis mirificā lētitiā concepi.  
Summū gaudiū tua scripta mihi adportarunt. Tuis è  
scriptis summū mihi gaudiū allatū est. Ex excellentiæ  
tuæ literis magnā hausimus uoluptatē. Et hic relatio  
est. Cætera sibi quisq; facile adnotabit. Ex Fausti mei  
literis plurimū hausi uoluptatis. Tuis è scriptis haud  
uulgaris mihi uoluptas accessit. Epistola tua sum uni-  
ce deleclatus. Ex Faustinis literis mirificum quoddā  
obleclamentū percepi. Tuæ literæ sanè q; deleclarūt  
animū meum. Ineffabili gaudio tuæ me schedulæ per-  
suderunt. Hic Metaphora est. Tuis ex literis noua qua-  
dam deleclatione sum persus. Incredibili lēticia  
tuæ scripta delibui reddiderunt. Et hic Metapho-  
ra. Haud parū deleclamenti tua mihi conciliavit epi-  
stola. Legēdis tuis literis oppido q; sum deleclatus. Le-

C 5 ctio tuarum

## DE COPIA VERB.

Elio tuarū literarū singulari uoluptate deliniuit mentē meam. Admodum delectabilis mihi tua fuit epistola. Eximia quadam lēticia tuæ me literæ affecerūt. Tuis ex literis singulari sum affectus lēticia. Maximæ uoluptati mihi tua fuit epistola. Sūmo obiectamento mihi tua scripta fuerūt. Incredibili gaudio mihi tua fuit epistola. Nimirum quām iucunda nobis tua fuit epistola. Summæ iucunditati nobis tua fuit epistola. Suauissimæ mihi tuae fuerunt literæ. Tuis ex literis singularis mihi profecta est lēticia. Tuæ literæ fecerunt, ut prorsus exilirem gaudio. Tuis acceptis literis, lēticia gestiebam. Vbi mibi tuæ sunt redditæ literæ, lēticia sum expletus. Lectis tuis amantissimis literis, noua quadam lēticia correptus sum. Acceptis literis tuis, incredibilis uoluptas cepit animū meum. Inusitata lēticia me tua demulxit epistola. Quod ad me scripseris, id mihi tam iucundum fuit, quām quod iucundissimū. Quod ad me tuas dederis literas, id uehementer fuit gratū. Quod me tuis dignatus es literis, cō nihil mihi potuit accidere gratius. Tuæ me literule oppido gaudibundū effecerūt. Tuis literis oppido quām lētabundus sum effecitus. Quod me tuis literis certiore reddideris, fuit id mihi nō gratū modo, uerum etiā iucundū. Cū tua ad me perferretur epistola, uidisses me gaudijs magnitudine gescientem. Quod me saltē epistola salutaris, id profecto uolupce fuit. Literis tuis nihil adferri potuit optatius. Epistola tua ad nos uenit uehemeter expectata. Literis tuis

teris tuis nihil adserri potuit desideratus. In his tribus Metalepsis est, aut certe Sinecdoche. Nā iucunda solent accidere, quæ magnopere desiderauimus. Nō possunt non esse iucundissimæ Erasmo Faustinae literæ. Non iniucunda fuit mihi tua epistola. Neutquam insuaves mihi tuæ uenerū literæ. Haud quaquam ingratia mihi tua scripta acciderunt. Tam mihi dulcis tua fuit epistola, quam ea quæ sunt dulcissima. Literas tuas multas cū uoluptate perlegi. Epistolam tuā non sine summa uoluptate recepi. Qui mihi tuas reddidit literas, is mihi gaudiorum cumulū detulit. Dicū mirum, quam me tua ceperit epistola. Schedæ quas abs te missas accipi, noua quadā gaudiorum luce pectus meū serenarūt. Literæ tuæ quicquid in animo mero ris erat, id cmne protinus excusserūt. Miram animo persensi uoluptatem, cum tua nobis redderetur epistola. Tuis ex literis uoluptas insolita animo icessit meo. Tuæ literæ fuerunt in causa ut affaim gauderē. Tu is literis effectum est, ut totus exultarim gaudio. Dici uix queat quantum mihi lœtitiae tuis ex literis obortum sit. Vix possim sermone cōsequi, quantum gaudiorum ex tua mihi natum sit epistola. Dicū mirū est, quantū uoluptati nobis ex tuis assulserit literis. Deū in mortalē quā igēs gaudiū nobis ē tua puenit epistola. Papæ quātas lœtitiae causas nobis tuæ literæ suppeditarunt. Dij boni quantā uim gaudiorū tua mihi scripta submini strarūt. Maiorē lœtitia tuæ mihi tabellæ attulerūt, q̄ ut explicare

## DE COPIA VERB.

explicare possim. Plurimum uoluptatis nobis tuus ta-  
bellarius adportauit. Vix credas quantū aceruum lā-  
titiæ literæ tue in animū inuexerunt meū. Verbis elo-  
qui nequeā quantis gaudijs me tua onerauit epistola.  
Cur aut sic uerear loqui, cū Terentius dixerit, multis  
cōmoditatibus oneratum diem? Tuæ me literæ gau-  
dijs onusū reddidere. Tuis literis ualde sum gausus.  
Tuis literis unice sum latus. Tua scripta nobis  
uberrimā latitiæ copiā offuderūt. Lætissima mihi tua  
fuit epistola. Tuis literis factū est, ut prorsū frōtem  
expori exerim. Visis tuis literis protinus animi mei  
frontē explicui. Interlegendū ea, quæ ad me scripsisti,  
mira quædā uoluptas animo obrepit meo. Simul atq;  
tuas inspexisse literas, noua quædam gaudiorum uis  
mentem occupauit meā. Inspectis tuis literis, incredi-  
bilis quidā æstus latitiæ pectus subiit meū. Acceptis  
humanissimis tuis literis, immensa quædam latitia me  
totum obsedit. Emoriar si quicquam unquam accidit  
iucundius tuis literis. Dispereā, si quid in uita suauius  
obtigit tuis literis. Ita me musæ bene ament, ut nihil  
ante hac accidit tuis literis gratius. Cae*re* credas rem  
ullā obijci à fortuna posse iucundiorē quam tuæ sūt li-  
teræ. Quā ipse charus animo meo, tā me iuuant tuæ li-  
teræ. Papæ quantū gaudiorū tuam hibi excitauit episto-  
la: Quantum risus, quantū plausus, quantum tripu-  
diorū tuæ nobis attulerunt literæ: Elegatissimas tuas  
literas legens, insolita quadā latitiae tāgebar. Cala-  
mus tuus

mus tuus me gaudijs exaturauit. Multā uoluptatē mihi  
 tua præbuit epistola. Totū me gaudijs imbuit tua tā  
 elegans epistola. Omnis pectoris mei sinus uoluptate  
 referunt tua tā amabilis epistola. Rara quadā uolupta  
 te me tue res perscrunt literæ. Tua quidem epistola  
 nouam quandā animo meo uoluptatē aspergit. Tuis  
 literis nulla res unquā accidit mihi festiuor. Nihil un  
 quam uidi tuis literis lubetius. Haud est quicquā quod  
 gaudentiore acceperim animo, quām proximas Fausti  
 mei literas. Quo me credis affluxisse gaudio, cū tuū  
 nomē tuis in literis agnoscere? Cum tabellarius tuam  
 mihi traderet epistolā, statim animus mihi lētitia ieffa  
 bili prurire cœpit. Quid ego tibi nūc referā, quæ uo  
 luptas acceptis tuis literis, animū Erasmi tui titillarit?  
 Animus gaudio uelut exundabat, cū tua mihi reddere  
 tur epistola. Vt lubēs tuā accepi epistolā? Posteaquā  
 epistoliū tuum ad me delatum est, animus nimrū mihi  
 gaudio effebuit. Vix erā apud me præ gaudio, cū tu  
 as acciperē literas. Literarū tuarū lepos, præcipua  
 quadā uoluptate remoratus est animū meum. Nō pos  
 sum nō uehemēter gaudere, quoties tua scripta ad nos  
 aduolat. Mel merū mihi tue fuerūt literæ. Quicquid  
 literarum abs te proficiscitur, id mihi synere ac melle  
 fluere uidetur. Opiparis literarū tuarū epulis sūt lau  
 tissime resecius. Tua scripta sūt mihi quauis Ambro  
 sia suauiora. Schedulae mei Mori mihi fuere uel men  
 sis Siculis lautiores, Nulla uoluptas, nullæ sūt delitiæ,  
 quas cum

D E C O P I A V E R B.

quas cū tuis literis conferre uelim. Nausca sūt omnia  
prē tuis literis. Inter legendū amāissimas literas tuas  
erasni pectus gaudio subsultabat. Chart.e digitis  
tuis exaratae, me quātus eram gaudijs explorūt. Meret  
delitiae cordi meo sūt, quicquid scriptorū abs te redi-  
ditur. Nil nisi gaudiū tua spir.it epistola. Festū diē at-  
tulit is, qui tuas attulit literas. Triumphū adduxit, q.  
tuum adduxit epistoliū. Nullū ego nectar tuis scriptis  
anteposuerim. An ego ullū mel Atticum cū tuis amā-  
tissimis literis cōtulerim? Saccarum nō est Saccarum,  
si cum literis tuis cōponatur. Nulli mortalium tam fa-  
pit lothus, quam mīhi literae tuae sapiunt. Quod suti-  
ti uinum, hoc mīhi tuae sunt literae. Quod apibus Ci-  
tysū, quod saligne frōdes capellis, quod urso mel, hoc  
mīhi tuae sunt literae. Epistola tuae paternitatis mīhi fu-  
it quo quis melle mellitior. Vbi recepisse tantopere ex-  
pectatas tuas literas, dixiſſes Erasmus planē gaudijs  
ebriū. Ut redditæ sūt abs te literae, statim uidisses nos  
nimia quadam letitia quasi temlētos. Quān unice  
te diligo, tā unice epistolis tuis delector. Nil nisi me-  
rum delitiū tua mīhi scripta uidētur. Nō tam palato  
blādiuntur illae cupide, quam animum meū tuae lite-  
ræ deliniunt. Nullae lauiciae suauius titillant palatum,  
quam tua scripta mentē titillant. οὐαξαὶ οὐδονῶμ  
attulit, qui tnas reddidit literas. Voluptatum δάθοη  
adportauit tabellio tuus, tuis ad me redditis literis.  
Gaudiorum δάλασσα aduexit is, qui schadas per-  
tulit

tuūt tuas. Mihi planè tue literæ fuerūt quod Persis.  
~~διὸς ἐγκέφαλος~~ quēadmodum aut̄ Græci. In his  
 porrò si quæ uidebūtur eiūsmodi, ut in oratiōe soluta  
 uix tolerāda putētur, meminerit hanc exercitationē  
 ad carminis quoq; cōpositionē accōmodari. Age iam  
 ad eundem modū in altera quapiā sētentia uariādi fa= =  
 cultatē experiamur. Eaq; deligatur, natura nō admo= =  
 dū fœcūda, neq; ad uarietatē idonea, quo magis appa= =  
 reat quantū possit hæc cōmutandī ratio, si usū atq; ex= =  
 ercitatiōe cōfirmetur. Hāc igitur sētentiam sumamus.

Semper dum uiuam, tui meminero.

**P**rincipio aduerbio sēper nullū respondebit Synony= =  
 mum, neq; in aliā uocē deflecti potest. Deinde ui= =  
 uam nullū itē habet Synonymū, et uerbū est unicæ uo= =  
 cis .i. neutralis, nec ullū ex se ppagat nō men præter  
 uitā. Deinde Meminero nō solū unicæ uocis est uerbū,  
 uerum etiā mancū, et mutilū, peneq; sterile. Ut pote à  
 quo nulla soboles p̄ficiatur, præter memor et memo= =  
 ria. Porrò duo uerba quæ his opponūtur, mori et obli= =  
 uisci uidelicet, et ipsas ūt tum māca, tū sterilia. Tamē  
 aggrediemur. Cæterum uariandi rationes ex supe= =  
 rioribus per se lector agnoscat. Sēper dum uiuā, tui  
 meminero. Nunquā dum uiuā, tui nō meminero. Nun= =  
 quā quo adiūcturus sum, me tui capiet obliuio. Haud  
 unquā dū uixerō tu animo excideris meo. Nunquam  
 donec uiuā mihi uenies in obliuionē. Nunquā quo ad  
 in uiuis ero tui nobis ueniet obliuio. Nō prius tui me  
 minisse desinā, quām uiuere. Nō me ante tui memoria  
 quādū ui-

## DE COPIA VERB.

quam uita ipsa reliquerit. Vsq; dum spirabo, tui memor fuero. Donec hac luce fruar, tu animo hærebis meo. E uiuorū cōtubernio citius migrauerim, quam tui memoria nostrō ē pectore demigrarit. Ipse prius ē uiuis excessero, q̄ Morus ē nostra excesserit memoria. Lux hæc me prius deficiet, q̄ tui immemor esse cōpero. Vi ta me nō serius desilituet, quam tā chari capitis recordatio. Idē dies mīhi tui memoriā eripiet, q̄ uitā. Eadē lux obliuia tui nobis est adductura quæ mortē. Idē nostræ tui memoriæ uitæq; finis erit. Dum memor ipse mei fuero, tui meminisse neutiq; pigebit. Nō aliud nostræ tui memoriæ, q̄ lucis erit interitus. Is solus dies tui memoriā extinxerit q̄ uitā. Ante mei ipsius q̄ tui obliuisci incipiā. Nostro ē pectore nō prius elabetur Mori memoria, q̄ hæc amina. Preter unā mortē, nullus omnino te mīhi casus expectorabit. Ego ne tam iucūdi cōuictoris unquam uiuus quem obliuisci. Tum demum Mori sui obliuisci poterit Erasmus, cum ipse sui desinet memor esse. Dum mīhi sensus ullus mei reliquus erit, tu semp animo nostro obuersaberis. Cordi meo charior es, quam ut uiuo quidē, in obliuione uenire possis. Int̄ me nostris in præcordijs repositus est Morus, sic ut preter unam mortem, nulla res illum illinc queat eruere. Orco tradar ipse prius, quam te mandem obliuioni. Dum spiritus his oculis, his manibus imperabit. tu pectori insidiebis meo, dum spiritus hos reget artus. Quandiu supererū in nobis halitus, nō quiuero tui non meminisse.

minisse. Dum in uiuis agam, usq; uiuct in me tui memo-  
ria. Is mihi dies uite finis erit, q; tui obliuionis erit initia-  
tū. Idem casus hāc animā, teq; ē meo refellet animo.  
Donec superstitem esse sinent superi, tui ppetuo recor-  
dabor. Dū quicquā uitalis caloris in hoc pectore pal-  
pitabit, tui memoria nō cuanescet. Nō mihi diuturnior  
uita futura est, q; tuorū in me meritorū memoria. Non  
mihi breuior fuerit tui memoria, q; ipsa uita. Non mi-  
nus durabilis erit tui capitis recordatio quām hec ipsa  
uita. Me mihi eripiet is dies, qui tui memorā adimet.  
Ipse mihi subducar, priusq; te in memoria habere desti-  
tero. Haud longior erit mihi lucis huius functio, q; tue  
benignitatis memoria. Nō mihi posterius suppetet ui-  
uere, q; tui mēminisse. Extrā me fuero citius quām Mo-  
rus intrā hoc pectus esse desinet. Vita hāc tuiq; memo-  
ria pari stadio ad metam decurrent. Prorsus non erit  
Erasmus, cum Mori immemor erit. Nō extabit hoc ca-  
put, ubi tam singularis amici quiuero obliuisci. Donec  
sup terrā acturus sum, non cōmittā ut obsolescat apud  
metue comitatis memoria. Donec cōmūnē hūc aērē  
hauriā, tu crebro animo occursabis meo. Nunq; serius  
futurū est Erasmo uitā, q; tui memorā obtainere. Non  
ante de te cogitādi finem secero, quām Atropos fatale  
filum secuerit. Si qua dies unquam tui paritura est obli-  
uiscentiā, ea certe nunq; antecesserit ei, que me luce or-  
babit ipsa. Sol hic qui uidet omnia, nunq; me uidebit nō  
memorem tui. Mors una, tui recordationē his ē præ-

D cordijs

## DE COPIA VERB.

cordijs emouebit. Donec ulla uite portio his in artib-  
bus residebit: Morus ab Erasmi cogitatioe nunquam  
aberit. Quādū sanguinis ulla pars hoc in corpusculo  
calebit, nunq̄ apud me refrixerit Mori memoria. Mi-  
hi quidē dum uita aderit, tu à mente mea nunq̄ es absu-  
turus. Quousq; manebit huius animæ corporisculiq; co-  
pula, tu à mea memoria nullo tēpore seiungeris. Pri-  
us animus corpori quām tu animo meo præsens esse  
desines, Spiritus ipse citius ex huius corpusculi domi-  
cilio de migrabit, quām anio impressa meo imago tui  
deleatur. Aeq; diuiturna fuerit apud me tui memoria  
ac uite cursus. Eadē erit & uiuendi, & de te cogitan-  
di meta. Non arctioribus pomerijs tui recordatio clau-  
detur q̄ ipsa uita. Quoad ulla uena mibi uitali tempo-  
re saliet, dulce fuerit usq; tui meminisse. Quantū mea  
Lachesis fatale stamen extenderit, tātundem extende-  
tur & mea tui memoria. Eadem mibi & uiuendi, &  
de te cogitandi mēsura fuerit. Quoad corporis molem  
flatus uiuificus sustinebit, animū maxime tui memorē  
geram. Dum lucis usum cœlitū indulgentia cōcedet, te  
semper animo seram. Dum uitam permittent superi,  
non committemus, ut tam fidi cōgerronis unquam no-  
bis obrepat obliuio. Donec me nō deficiet anima, ani-  
mum hunc & memorem, & gratum nunq̄ posuero.  
Quoad usq; sole uolubili frui fas erit, hunc hominem  
habebis tui memorem. Viuum non uidebit Erasmus,  
qui uidebit oblitum tui. Quanto tempore uita mibi du-  
ratura

ratura est, mens quidem haec manebit tui recordantissima. Quādiu supero hoc loue cōtinget frui, nō mihi cōtigerit obliuisci tui. Donec uita perseuerabit, tu cor dis obtutibus semper es obuersatus. Nominis ante mei, quām tārari amici mihi uentura est obliuiscētiā. Ipse mihi prius excidero, q̄ tui uultus imago. Viuenti quidem Erasmo haud unquam excidet Morus. Nulla diuinitas ēui, tui apud me memorīa oblitterabit. Nō nisi mecum tui extinguetur memoria. Ante fatalem diem ē nostra memoria nō eliminaberis. Ante obitum non desistam tui me minisse. Ante suprema funera nō cessabo tui memor esse. Non ante exacta uite flamina, tui queam obliuisci. Viuo quidē Erasmo, Morica memoria haud unquam effluet. Tui apud me memorīa nulla unq̄ et as antiquabit, Ante summū diem nō abrogabitur in me memoria tui. Nulla neq; locorū neq; tēporū iniuria efficiet, quo minus tui q̄ maxime meminerim in uita. Per omnem uitā tui meminero. Hęc uita q̄ longa cōtinget, cū tui memoria semp erit cōstantia. Ad ipsum usq; rogum me tui memoria prosequetur. Mei sensu carebo, priusquām coniunctissimi hominis cariturus sim recordatiōe. A' meis ipse mēbris distrahabar, ante q̄ tu ab animo meo diuellare. Mors mihi cuius acciderit q̄ obliuio tam dilecti capit. Certū est mortē oppete re potius, quām tui memoria nō iugiter obtinere. Non nisi me sepulto, tui recordatio sepelietur in me. Tui quidem aut mecum, aut nunq̄ est interitura memoria.

D 2      Donec

## DE COPIA VERB.

Donec expirem ipse, spirabit in me Mori mei memoria. Donec apud superos agitabimus, nunq; mihi incessu tue benignitatis obliuio. Nihil tam arduū hæc uita mihi gignere queat, ut tui memoria ex his præcordijs possit extundere. Nulla res tam atrox mihi possit in hac exoriri uita, quæ tui cōciliet obliuionem. Viuo nihil possit existere, quod mihi tue erga me humanitatis consulet obliuiscientia. Sic in me radices egit memoria tui, ut nullis omnino casibus, qui qdem uiuus soleat accidere, sit unquam cessura. His nimirū monumentis animo meo cōsecratus es, ut ea nullū æui spatiū ualeat de moliri: nisi forte mors, cui nihil rerū mortaliū nō cedit. Nisi ipse mortal is essem, nō dubitarem hanc de te memoriam immortalem fore polliceri. Si immortalis esset Erasmus, immortalis idē foret tui apud illū memoria. Eiusmodi statuā in animi mei penetralibus tua merita erexerunt, ut ea quoad me tellus sustinebit, nullo casu sit diruēda. His titulis Morus inscriptus est cor di meo, ut eos nulla tēporis inuria possit unquam excedere. Non nisi unā cum ætate tui recordatio in me cōsenescet. Ipse prius mihi executiar, q; Mori nomen ex adytis cordis exigatur. Id unum tibi & confirmo & prestabo, donec in mortalium numero futurus sum, tu ē scrinio memoriae nunquam dimouerebere. Ut omnia tempus possit, certe hoc unum illi non licebit unquam: ut uiuo mihi tui pariat obliuionē. Semper hic animus tui cum primis meminerit, neq; id me dies quālibet lōga dedo

ga dedocebit. Donec me tellus alet, unū illud nunquam  
quib[us] dediscere: uidelicet tam rari sodalis meminisse.  
Donec futurus sum ἐπιχθόνιος, ut Homericō dicā  
uerbo, Mori memoriam cōtinenter obtinebo. Quoad  
mihi cōtinget inter σῖτον ἔδοντας, ut Homericē lo-  
quar, annumerari, nunquam hoc de pectorē Mori uul-  
tus labetur. ὅφ[er]ος, καὶ ἐγω γε ξῶσι μετέω οὐδὲ μοι φί-  
λα τούναται οἰωρά, quemadmodum inquit Home-  
rus, tu mihi nunquā es obliuiscendus. Εμεῦ ξῶνται  
καὶ ἐπιχθόνιος θεομένοιο: ut est apud Homerū, nū-  
quam te auferet obliuio. Tui memoriam perpetuo pa-  
riter cum ipso uitæ progressu producam. Superstigi  
Erasmo sublimitatis tue memoriam nullus unquam  
dies expunxerit. Corpore quidem abs te distrahi po-  
tero, uerum animo te semper intuebor, quo ad uitā nu-  
mina largientur. Donec aura uitalis hos artus mode-  
rabitur, tu à nostris cogitationibus nullo momento es  
absfuturus. Vsq; adeo penitus his præcordijs tui impres-  
sa est memoria, ut nullo unquā pacto videatur eraden-  
da. Ut omnia tempore marcescant, tui certè memoria  
ad occasum usque uitæ apud me uigebit. Arctius Morū  
meū animo complexus sum, quam ut uiuo posse elab-  
bi. Eadē me lux exanimem uidebit, quæ tui conficit  
immemorem. Adeo uitā quandā imaginē tui, pectori  
insculpsisti meo, ut uix etiā mors ipsa sit abolitura. Nō  
erit Erasmus tui memoria uituitor. Tam uituax erit tui  
apud me memoria, ut ipse non sim futurus uituitor.

## DE COPIA VERB.

Nunq̄ intercidet apd'me Mōrica memoria donec ipse  
nō itercedero. Semp hūc hominē experieris tui recor-  
dantē donec uitæ particeps erit. Expers huius uitæ su-  
ero priusq̄ à tui memoria alienus. Adeo uiuax est ī me  
tui memoria, ut ipse nō sim illi futurus superstes. Altius  
meæ memoriae infedisti, q̄ ut ulla te res inde queat emo-  
liri. Tenacius inhæres cordi meo, q̄ ut p̄reter mortis  
casum, quicq̄ aliud inde te queat cīcere. Penitus hoc  
in pectore conditus es, q̄ ut hinc ulla ratione sis exclu-  
dens, donec mihi uitā fata nō inuidebūt. Interius in-  
situs es anō nostro, q̄ ut inde incolumi quidē queas ex-  
irpari. Fixus impressum est cordi meo simulachrum  
tui, q̄ ut superstili possit unquam de trahi. Sic effigies  
tui, cogitationi meæ penitus impressa est, ut eam nulla  
sit etas abrogatura. Dū uita suppeditabit, nibilexitte  
rit qđ fixam animo meo Mori statuā ualeat labefacta-  
re. Fieri nunq̄ poterit, ut uel uiuam parū tui memor.  
Donec apud superos cōmorabor. nc tota quidem Le-  
thes aqua, tui memoriā poterit abolere. Donec aura  
uescar ætherea, subinde tui reminiscar. Vitam modo  
deus impertiat, ego tibi mentē ppetuo tui memorem  
polliceor. Si quis mihi uita fundo sensus erit, tā dulcis  
amiculi recordabor: tantū abest ut uiuus sim obliuio-  
rus. Omnia mihi citius acciderint in uita, q̄ obliuio  
tui. Tum sursum uersus recurrent amnes, ut Græcis est  
in Prouerbio, cum Erasmus Mori sui poterit non me-  
minisse. Nō alias me uisurus est oblitum tui, quām qui  
uisurus

uisurus est arduis pronos relabiriuos motibus, & Ty  
berim reuerti, ut ait Flaccus. Ante letes alto pascetur  
in æthere cerui, quod uiuū Erasmū Mori capiat obliuio.  
His coloribus in tabula pectoris mei depicta est ima-  
go tui, ut eā nulla annorū series posset eluere. Supre-  
mus uitæ dies me tui memorē deprehēdet. Sospite ui-  
ta, nō me fugiet memoria tui. Salua uita hac nō demo-  
rietur apud me tui memoria. Quo ad hæc mihi uita  
comes erit, comitabitur et tui recordatio. Hæc me ui-  
ta tui memorem relinquet. Nō auolabit à nobis tui me-  
moria, nisi auolatē uita. Ad supremū usq; uiuendi limi-  
tem, tui nobis memoria perseverabit. In obtinēda tui  
memoria nō fuero mīhi dissimilis, nisi uiuus esse desiero  
Donec hoc uitæ munus diuina benignitas mīhi saluum  
esse uolet, nō intermorietur apud me tuæ benignitatis  
memoria. Vita defungar prius quod tui recolere cessabo.  
Diem obiero citius, quod te uentis & auræ mandem. Cla-  
uis adamantinis nostræ memorie infixus est Morus,  
quos nō nisi una mors ualeat abrūpere. Ad ipsos usq;  
cineres pergam tui meminisse. Ad extremā usq; senec-  
tiam tui me comitatura est memoria. Per uniuersum  
uitæ spaciū Mori meminerit Erasmus. Ad extre-  
mum usq; rogum tuorū ei, ga me beneficiorū memo-  
ria prorogabitur. Fatalis illa dies deniq; me tui memo-  
rem est reperturus. Dabo operam, ut tuæ humanitatis  
recordatio ad libitinam usq; proseratur. Nunquam mi-  
hi quicquam obtigerit in uita, neque tam lætum, neq;

## DE COPIA VERB.

tam acerbū: quod tui nominis recordationē ē sinū pē  
ctoris mei queat expellere. Quoad hic animus i hoc  
corpuseulo tenetur alligatus, nō exulabit mea memo  
ria Morus. Citius futurū est, ut alterū in orbē tui me=  
moriā meū deferā, quam ut hic abiiciā. Animam ege  
ro priusquam te memoria tenere desiero. Si quando  
corpus umbram suam poterit effugere, hic animus tui  
quibit obliuisci. Nō antequām diem uitæ nouissimum  
clausero, desiturus sum tuam in me beneficentiam ani  
mo circumferre. Quālonga dabitur uita, tam erit  
lōga tui memoria. Par nobis erit memoriae uitæq; mo  
dus. Tui meminero quoad auras carpero uitales,  
Absit ut mihi breuior fuerit tui memoria quām uita  
Quādiu superabit Erasmus, tamdiu tui meminisse non  
grauabitur. Vita orbabor antequām tui me reliquet  
memoria. Supero priuabor lumine, ut priscorū mo=  
re loquar, citius quam Morus ex animo deleatur meo  
Oeyus hoc mihi corpusculū friguerit quām tui memo=  
ria frigescat apud me. Inextinctam tui memoriā sem  
per tenebo. Quantum temporis anima fruar, sic enim  
loquitur Salustius, tantundē tui meminero. Perpetim  
tui recordatus fuero. Sine fine tui meminero. Nulla  
res mihi tui obliuionē inuixerit, nisi quæ me ex hac lu  
ce euexerit. Orbem hūc uerterim citius, q; animū hūc  
tui memorē uertero. Vita me exuerit hic casus, q; tui  
importabit obliuionē. Crudelibus umbris occubuero,  
quēadmodū loquuntur poëtae, citius, atq; tui recolere  
desitu-

desiturns sim. Efferar ipse citius, q̄ tui memoria ē cor  
de efferatur meo. Ad ipsū usq; bustū me tui memoria  
psequetur. Ne defunctus qdem tui posim obliuisci, ne  
dū uiuus. Viuenti mihi nunq̄ abolescet hoīstā beneme  
riti recordatio. Quando futurū est, ut apud Erasmus  
euaneat Mori memoria ē nēpe dū uita deſtituetur:

Sed iam ſit modus. Neq; enī id agitur, ut oſtentemus  
quousq; nos in cōmutando p̄gredi poſsimus, ſed ut ſtu  
diosis aduleſcentibus exēplo demonſtremus, quantam  
orōnis ubertatē paritura fit hēc exercitatio. Sente  
tiā am enī nō admodū felicē, neq; magnopere ad cō  
mutandum ſcē cundā fermē ducēties, ut opinor cōmu  
tauimus, neq; tamē minutulas illas uariandi rōnes ſu  
mus anxie pſecuti. Nūc qd' reliquū eſſe uidetur, uarias  
quasdā orōnum formulas pponemus, nō id agentes, ut  
oēs persequamur, nam hoc utilissimū quidē, uerū pror  
sus infiniti fuerit operis, ſed ut oſlensis aliquot, uelut  
exemplis, uel ſibi quisq; ſimilia fingat, uel alius aliquis  
cui plus oīij ſuppetet quam nobis, huiusmodi dicēdi fi  
guras ex omnibus authoribus petitas. copiosius atque  
accuratius imperiat Copiae candidatis.

Quibus modis tribuimus plura ex aequo.

Caput. XXXIII.

**E**ſt uir tuum eruditus, tū probus. Eſt iuuenis & for  
mosus, & bene ingematus. Eſt uir doctus pariter  
ac probus. Eſt uir doctus ſimil & integer. Eſt uir  
tam doctus, quam bonus. Vir eſt doctus iuxta ac

D 5 bonus.

## DE COPIA VERB.

bonus. Vir est non minus probus, quam literatus. Vir est non inferior literis, q̄ moribus. Vir est ex aequo probus atq; doctus. Vir est aequo literatus atq; icorruptus. Vir est non minore morū probitate, q̄ doctrina præditus. Vir est & doctus & integer. Vir est doctus q̄ bonus q̄ in carmine. Vir simul eruditus, simul integer. Vir est doctus q̄ & integer in carmine. Vir est haud segnus eruditus ac probus. Vir est ut doctus, ita & probus. Vir est doctus, & idem probus. Vir est optimus, idemq; doctissimus. Vir est pari uel doctrina uel probitate prædictus. Vir est non tantū eruditus, sed et integer. Vir est non modo doctus, uerum etiam probus. Vir optimus quoque est, nedū doctissimus. Non tantū ferunt, sed impellunt. Hec sermonis forma peculiaris est Seneca, ut omittatur etiā. Vir est præter summā eruditionē etiā optimus. Vir præterq; quod doctus est, etiam optimus. Vir est de quo dubites, doctior ne sit an melior. Vir est in quo cū literis probitas morum ex aequo certet. Vir est qui literas aequaliter cum uite sanctimonia. Vir est cuius eruditione respondet morum integritas. Vir est qui parens uite castimonīa cū eruditione copularit. Vir summa doctrina, uerum morum integritate ne uitiquam inferi or se se. Interim idem pollet: uel, Literis tuis maiore in modum sum delectatus: uel quod essent elegantissime, uel quod humanitatis plenae. Vir est in literis egregias: neq; sui dissimilis in moribus. Officium beneficio cumu lasti. Corporis formā animi dotibus aequiparas. Cum

Dijj

L I B E R P R I M V S. 30

dijs ex pari uiuit. Oratione tua grauiter offensus est,  
partim quod esset incordita, parim quod arrogans.

Quæ superioribus contraria.

Quæ commodius copulent contraria.

Caput XXXV.

**V**ir est doctrina quidē egregia, uerū moribus il-  
laudatis. Est ille quidē uir bonus, uerū parū eru-  
ditus. Vir est ut lingua blādissima, ita ingenij amaru-  
lēti. Vir est ut opumis maioribus, ita pessimis moribus.

Quibus modis æqualiter remouemus.

Caput. XXXVI.

**V**ir est neq; doctus, neq; probus. Nec literis nec  
moribus probatus. Vir est non indoctus modo  
uerū etiam improbus. Vir est ut indoctus, ita et impro-  
bus. Non minus improbus, quam illiteratus. Vir est tū  
indoctus, tū improbus. Aeq; indoctus atq; improbus.  
Quintilianus. Nescias præstare uelint minus an pos-  
sint, id est tam nō possunt præstare, quam nolūt. Pari-  
ter & indoctus et improbus. Vir pessimus est, et ni-  
hilo doctior. Seneca, flāma deprimi non potest, non  
magis q; quiscere. Vir cui nihil sit omnino bonarū lite-  
rarum, bonorū quoq; morum tantundē. Breuiter iſſe-  
dem fermè rationibus remouemus, quibus tribuimus.

Quibus modis tribuimus inæqualiter.

Caput XXXVII.

**V**ir est cū doctus, tum probus. Iuuenis est cū ele-  
ganti forma, tum uero moribus optimis. Nō pe-  
cuniam

## DE COPIA VERB.

cuniam modo, uerum etiam uitam tibi paratus sum impere  
dere. Vitam etiam tibi impenderim, ne dum pecuniā.  
Verum haec uerba nō solum, & similia, cōmūnia sunt  
tum ad equalitatē, tum ad inequalitatē. Non sat erat  
impulisse, nisi et proderet. Nō sufficiebat spoliasse,  
nisi & iugularet. Parū erat deformem esse, ni mores  
forma dignos addidisset. Nihil erat deformi esse uul-  
tu, nisi moribus etiam esset teterrimus.

Inequaliter remouemus his modis.

### Caput XXXVIII.

**N**on modo nō intelligit, uerū ne legit quidē. Nō  
solum parū intelligit, sed nec legit. Non tantum  
nihil intelligit, immo nec legit. Ne legere quidē no-  
uit, nedū intelligat. Non nouit uel legere, tantū abest  
ut intelligat. Tantum abest ab intelligendo, ut ne lege-  
re quidē norit. Adeo nō intelligit, ut nec legat. Vsq;  
adeo nō intelligit, ut nesciat uel legere. Hic in bonis  
literis nihil, quid dicā, intelligere, immo nec legere po-  
test. Hic nihil in bonis literis nō dicā intelligit, immo ne  
legit quidē. Ingeniū quoq; senectus deterit, nedū cor-  
poris uigor perpetuo duret. Hora. Nedium sermonis  
sunt honos et gratia uiuax. Nedū nouae posuit pro eo  
qd' est, tantū abest ut, ēā figurā Quintilianus nouauit  
ad hunc modum. Nec enim de omnibus caussis dicere  
quisquā potest. Saltē de præteritis, ut taceam de futu-  
ris, id est nec de præteritis, tantū abest ut de futuris.

Quo pacto tribuamus aut remouemus ordine.

Caput.

## LIBER PRIMVS,

31

## Caput. XXXIX.

**V**T quisq; est gloria dignissimus, ita glorie est ne  
gligentissimus. Ut quisq; gloria est maxime di-  
gnus, ita glori.e minime est audius. Optima quæq; ui-  
tae pars q; oxyssime præteruolat. Tanto pessimus oīm  
poëta, quanto tu optimus omniū patronus. Quām uos  
facillime agitis, tā uos maxime æquū est æqua facere.

Per cōparatiuum eadē effertur sententia.

## Caput. XL.

**Q**uo quisq; dignior est q; laudeur, hoc minus lau-  
dari gaudet. Quāto quisq; fama dignior, tāto  
minus affectat famam. Quo quisq; ma-  
gis promeretur honorem, eo minus honorē appetit.

Verti possunt.

Hoc minus ducitur laudis cupidine, quo quisq; lau-  
de sit dignior. Tanto quisq; minus optat pecuniā, quā  
to minus possidet pecuniae.

Augendi positum. Ca. XLI.

**P**ositiua augentur cōpositione harum dictiōnum  
per, perquām, præ. perdifficile, perquām diffici-  
le, prælongus, præualidus, præpotens. Quod idem  
cōtingit in uerbis, peruelim, perquā uelim, percupio.  
In quibus idē interdnm efficit hæc præpositio de, dea-  
mo, demiror. Eandē uim uidetur obtinere ad, adpro-  
be, adsabre, adprime, adamō. Adiungunt Iureconsul  
ti præpositionem in, tanquam idem pollentem ut  
indifficilis pro ualde difficultis. Citrā compositionē

Quām,

DE COPIA VERB.

Quām, sed figurate. Quā tenere amat filiū, quā nihil  
pudet; ut candē uim obtinet. Ut gaudet; ut est seuerus;  
Immane quantū distat, ad hāc rationē p̄tinet. Pr̄eterea  
bis aduerbijs intenditur oppidoq;, sanēq;, nimisq;;  
antigerio, quod pr̄scum est. Atq; hēc nō repudiatur  
et à uerbis, perquā ueli, percipio, sanēq; cupit. Neq;  
diuersā uim habere uidetur, N.e. N.e ego infelix homo  
sū. Faciūt n.e intelligēdo, ut nihil intelligat. Itē aduer-  
bia illa oīa epithasi significāta. Admodū, ualde egre-  
gie, insigniter, insignite, magnopere, maximopere, sū-  
mopere, tātopere, et quātopere figurate. Adeo pro-  
ualde, maiore in modū, mirū in modū, supra modum  
pr̄eter modū, singulariter, unice, eximie, impēdio, im-  
pense, effuse atq; alia innumerabilia. Plusquā itē mag-  
nam uim augendi obtinet. Homo plusquā insanus. Se-  
nex plusquā delirus. Cui finitū est non tantū. Ut ho-  
mo non tantū uino temulentus. Terq; quaterq; beati.  
Gr̄ecanicū est. Latinis tamē usurpatum, in carmine  
potissimū. Sunt & altæ formæ lōgius petitæ. Incred-  
ibile dictu quām elegās. Dici nō potest. Sermone cōse-  
qui nequeā, et rara quadā modestia. Pr̄cipuū hono-  
rem. Primariā laudē. Incredibili sapiētiā. Haud util-  
gari doctrina. Et deū immortale, qua doctrina uirū  
id est egregia. Plus satis animosus. Plus nimio tristis.  
Plusquā par est. Atq; id genus alia nō absurde fortassis  
ijs adiūgātur. Nā uulgata est illa amplificādīratio, quo  
ties superlatiuus propositu ponitur. Plurima p̄ mul-  
lis ad-

tis admodum Maxima pro uehemēter magnis. Dicere  
tibi promptissimum est. Mibi facere facillimum.

De uariando Positivo.

Vocatio Positiv.

**V**timur uulgo cōparatiuis pro absolutis, uel ipso Quintiliano authore. Ut si quis se dixerit in firmorem, Pro meticuloſo.

Rationes minuendi posituum Ca. XLII.

Minuendo Positiv.

**M**inuitur ē regione positius appositis præpositi onibus. Subtristis, subrusticus, subobscurus, subasper, subinuidus, subinanis, subsuscus. Quod idē accidit in uerbis, subpudet, subirascitur, suboleat, subridet, subodoratur, subtimet. Minuitur, et aduerbijs appositis. Nō mihi molestū est. Ut cūq; iucundū fuit. Aliquā tulū mordax. Quæ uerbis etiam adiunguntur. Præ trea deformatione in uocē diminutiā, quæ uaria fingitur. Argutulus, acutulus, minutulus, rācidulus, putidulus, diutule, sēpicule, ebriosus, sciolus, tenellus, niggellus, integellus, philosophaster. Tullius. Comparatiuis, positui loco diminuit, ut tristior, id est subtristis. Sed fermē in uitium accipitur addito aduerbio Paulo. Et nat̄ ἐπειπ. Vir integer quidem, sed se uerior id est paulo seuerior quam conuenit. facundus homo, sed paulo loquacior. His igitur modis uitium ferē significamus cū extenuatione. Diminuuntur et uerba uocis deflectione, Ut uellico, cātillo, cantito, uolito, dormito. Parū et non admodū, idem efficiunt. Ne parū multa scire uideretur. Vir nō admodū senex. Nō admodū

D E C O P I A V E R B.

dum adulescens. Nō perinde sapiens ut diues. Nō satis  
mīhi liquet. Parū mīhi liquet. Minus cōpertum habeo.

Quibus rationibus augetur Comparatiūs. Cap. XLIII.

C o m p a r a t i u m p e c u l a r i t e r h i s a d u e r b i s a m p l i f i c a t u r . Lōge et multo, nimio. Tū his , multis parti bus in immēsum, in infinitū, infinitis partibus. Lōge uenustior. Multo grauior. Nimio seuerior, multis parti bus præstantior. In infinitū utilior. Infinitis partibus diuina humanis sūt potiora. Tāto et quāto figurate idē efficiūt. Tāto corpore præstantior est animus. i. multo. Papæ quāto satius est amicis q̄ pecunijs abūdare.

Quibus modis imminuitur Cōparatiūm.

M inuitur aduerbijs positiviis. Paulo uenustior est Gellius q̄ Macrobius. aliquanto breuior est hic quam ille. Nihilo ditior. Ne tantillo quidē melior eris, si diues fueris. Minimo fuerit honoratior, si titulus ac cesserit. Quantulo figurate, pro quam paulo. Papæ quantulo hic homo sapientior est. i. penè nihilo. Minuuntur & deflexione uocis. Grandiusculus. i. paulo grandior. Meliusculus. Celeriuscule.

Quibus rationibus augemus superlatiuū.

Cap. XLIII.

Vperlatiuus augetur iſdem aduerbijs,  
s quibus comparatiūs, longe multo. Ac-  
cedit autem facile. Cicero longe facun-  
dissimus. & idem uir multo omnium optimus. facile  
facundis-

facundiſſimus. Idem efficitur per tanto et quanto figura-  
rate posita: ut Deū immortalē quanto Socrates philoſo-  
phorū omniū optimus? Quām in cōpoſitione nonni-  
bil addit augmenti. Quām plurimos uidi, ut q̄ optime  
res cadat, tibi nihil cōmodi fuerit. Per hyperbolem au-  
getur hoc mōto. Mulier plus quam pefima et pefima  
peior. Homo non loquaciſſimus, ſed ipſa loquacitas.  
Et ipſa loquacitate loquacior. ipſa Venere ueniuſiior  
Superlatius nō recipit dimiuitioñē, niſi forte per qui-  
dem, aut ſimilē coniunctionē. Eſt illi: quidē uir doctiſſi-  
mus, uerū morib⁹ non perinde probatis.

Periphrasis Comparatiui. Ca. XLV.

**C**omparatiū circuitione reddimus per aduerbia  
cōparandi magis et manus. Audior uoluptatū  
quam pecuniae. Magis audius uoluptatū quam pecu-  
nie. Huic finitimum eſt Potius. Voluptatū audius potius  
quam pecuniae. Item: Non tam uoluptatum appetens,  
quam pecuniae. Minus audius pecuniae, quam uolupta-  
tum. Non perinde literarū admirans, quam pecunie.  
Breuiter modis illis omnibus quibus diximus inequa-  
litatem significari. Obtinent et uerba quædam uim  
Cōparatiui. Præstat lucrum pudori, id eſt, potius eſt  
lucrum pudore. Cicero Platone facundior. Plato Ci-  
cerone doctior. Cicero Platonem ſuperat eloquen-  
tia. Plato Ciceronem antecellit eruditione. Hierony-  
mus Augustinum uincit rerum ſcientia. Augustinus  
Hieronymū anteit ingenij ſubtilitate. Huc pertinent

E et illa

## DE COPIA VERE.

¶ illa: Anteponere, præferre, posthabere, præcellere, cedere, secundū esse, præripere laudem: & si qua sunt similia. Nam his fermē modis orationem comparati- uam uariamus. Magis amat pecuniā quām famam. Pecunia Socrates amans est magis quām famae. Pecunia arum amantior est quām famae. Famam pecuniae post- habet. Famæ pecuniā anteponit. Minus famæ cupiditate ducitur quām pecuniæ. Impensius amat pecuniā quām famam. Huic potior est pecunia quām fama.

Quibus modis Superlatiuum uariamus.

Correctio Superlocuorum. Caput

XLVI.

Superlatiuum uariatur primum ad uerbis quæ ap-  
Sponuntur, uel uerbis, uel nominibus positiuis. Amat  
te maxime. Amantissimus est tui. Effusissime te diligit.  
Vir indoctissimus, uir minime doctus. Minime multos,  
idest quām paucissimos. Variatur & per comparati-  
uum idq; affirmatiue, sed inuisitatius. Negatiue freque-  
tius. Cicero reliquis omnibus eloquentior. Cicero  
quo non aliis eloquentior. Quo nō præstantior alter,  
idest omnium præstantissimus. Nihil minus amat quām  
assentationem. Nulla re minus capitur q̄ gloria. Nihil  
hunc æque delectat atque musica. Nihil prius habet q̄  
adesse cōuiujs. Nihil pulchrius dicit, q̄ diuite m uoca-  
ri. Nihil minus faciā, nihil minus sentiebam quām quod  
tu suspicabare, Homo quiduis potius q̄ doctus. Efficiā  
ut intelligas omnia mihi desuisse potius q̄ fidem ac dili-  
gētiā. Omnia potius q̄ illud agnoscet. Quiduis potius  
quām

quam uanitatem fatebitur. Nullo inferior, id est sumus. Nullo non inferior, id est omnium infimus. Nemis non deformior, id est, omnium deformissimus. Per uerba nonnunquam idem efficitur. Cicero superat omnes dicendi copia. Vincit omnes cädore. Nemini cedit candore. In dicendo principatum obtinet. Pronas tenet. Arcem tenet, Adde huc et illa. Vir præter ceteros spectatæ fidei. Preter omnes te diligit. Suprà cunctos tuæ gloriæ sauet. Ante omnia rei studendum.

Vnicus, et solus, primus, singularis, et similia natura superlatiuā significationē habent, ut et singularis. Vnica te amat. Solus est homo homini amicus. Singulari benevolentia te prosequitur. Primam laudem obtinet. Tullius eloquentiae princeps. penulatorū Alpha. Eodem pertinent. Tam facundus, ut cum hoc nemo sit conferendus. tam eruditus, ut ei nemo sit aequandus. Tam prudens, ut parem non inuenias. Sic ut mihi nunquam in uita fuerit melius. Adeo placet, ut magis non possit. Item et illa. Quis hoc uno facundior? Quid inuenias pecunia uilius? an quicquam est patria dulcius? Erras si credas mihi quicquā esse uno te chartus. Sunt et ille orationes adnotande. Officium tuum tam mihi gratiū fuit quam quæ gratissima. Tam te amo quam qui maxime. Amabat Pamphilus ut cum maxime. Rursum he quoq; Hoc crede mihi, si quid unquam es crediturus. Homo doctus, si quisquam est omnino doctus. Homo quantum alius nemo doctus, Nullus aequa pernouit homi

## DE CÒPIA VERB.

nis ingenium atq; ego. Haud alium reperies perinde  
tui studiosum. Neminem adæque timet atq; te. Si aliâs  
unquam, nūc summa uigilantia utendū est, id est nunc  
maxime. Si quando aliâs amicum præstutisti, nūc osten-  
de quanti me facias. Quantum potest, quoad fieri po-  
test, & consimilia, superlatiui uim uidentur obtinere.  
Tu quantū potes abi, id est quām ocybīme. Enitar quo  
ad potero, id est quām maxime. Haud ab re fuerit huc  
annumerare denominationes, & comparationes illas  
per Hyperbolēn sumptas. Ut si quis hominē crudelissi-  
mum Ātreum appelle. Eloquentissimū, alterum Cicē-  
ronem. Seuerissimū, tertium Catonem. Tum per com-  
parisonem. Hic est niue cādior. Scytha barbarior.  
Gracculo loquacior, aut turture. Verum huius gene-  
ris aliquot exempla commemorare, non inutile fuerit.  
Sumuntur autē uarijs modis. Vel à re quapiā eximia:  
ut niue candidior. Pice nigror. Vel à nomine abstra-  
cto qd' uocant: ut Cæcitate cæcior. Vel ab animâle in-  
signi: ut Talpa cæcior. Caprea oculatior. Vel à perso-  
na insigni, ut Phalaride crudelior. Tū adhibentur per  
simplicem denominationē. Ut sirem uehementer sua-  
uem, mel aut nectar appelles. Rem uehementer acer-  
bam, sel. Hominem supra modum senem senū ipsum.  
Vehementer sceleratum, scelus. Odiosum, odiū. Gane-  
onem, cœnum. Lurconem, barathrum. Cötaminatum,  
labem. Contemptum, quisquilias. Impurum, sterquilini-  
um. Perniciosum, pestem. Tenebrionem, tenebras.

Inq ui-

L I B E R P R I M V S. 35

Inquinatum, lutum. Infamem, propudium. Portentu= sum, portentū. Dedecorosum, dedecus. Molestum, ul= cus. Vitiosum, sentinam. Odiosum, odium hominis. Bru= tum, pectudem. Virulentum, uiperam. Vehementer cæ= cum, talpam. Vehementer rapacem, lupum. Impendio deformatem, Thersitem.

Eadem hæc nomina per compara=  
tionem efferriri possunt.

Melle dulcior.	Pice nigrior. <u>Aloe acmacior.</u>
Ntue candidior.	Pluma mollior.
Oleo tranquillior.	<u>Auricula infima mollior.</u>
Auro purior.	Plumbo stupidior.
Stipite tardior.	Caudice stolidior.
Silice durior.	Cortice levior.
Littore surdior.	Acquore surdior.
Iracundior Adria.	<u>Spongia bibacior.</u>
Harenis sitientior.	Aere Dodoneo loquacior.
Vitro fragilior.	Pila uolubilior.
Cotburno instabilior.	Alno procerior.
Cote durior.	Sole clarius.
Buxo pallidior.	<u>Sardois herbis amavior.</u>
Alga uilior.	Rusco horridior.
Glacie frigidior.	Aetna aestuantior.
<u>Beta magis insipidus.</u>	Trutina iustior.
Spina distortior.	Ampulla inanior.

DE COPIA VERB.

- Pluma leuior. Ramento leuior.  
Vento instabilior. Morte odiosior.  
Barathro capacior. Rubo arido præfractior.  
Charybde uoracior. Clemate ægyptia nigrior.  
Corcoro uilior. Crambe reducta molestior.  
Subere leuior. Clavo purior,  
Floralibus licentiosior Pistillo retusius ingenium.  
Magnete illicibilior Pumice aridior.  
Cornu sticciior. Vuis paſſis aridior.  
Dolio pertuso incontinentior.  
Cribro infidelior. Laterna magis pellucidus.  
Fonte purior.  
Euripo inquietior aut inconstantior.  
Oculis charior Luce magis dilecta.  
Item per Hyperbolēn eadē uoce iterata.  
Ipsa cæcitate cæcior. Ipsa nequitia nequior  
Ipsa fame cfurientior. Ipsa sui ſiticulosior  
Voracitate uoracior Quauis peste pestilentior.  
Ipsa morositate morosior Ipsa loquacitate loquacior.  
Deformitate deformior.  
Quouis monstro monstrosior.  
Cōfidentia cōfidentior Senio senilior ipso.  
Ipsa ſtultior ſtultitia. Calamitate calamitosior.  
His finitima ſunt illa.  
Venere formosior.  
Marte bellatior ſeu pugnatiōr.  
Mercurio faciūdior Salute ipsa ſalubrior.  
Fortuna

*Fortuna ipsa fortunatior.*

*Ipsa infortunio infortunatior.*

*Vertunno incōstantior. Proteo mutabilior.*

*Empusa magis uarius. Ipsis gratijs humanior.*

*Ipsa Mo mordacior. Priapo salatior.*

*Minerua doctior. Euterpe concinnior.*

*Pluto ditior. Penia pauperior.*

*Furia furiosior. Harpyia rapacior.*

*His proxima sunt nomina personarū, quae petū  
tur ē Tragoedijs, aut comœdijs, aut fabulis alijs.*

*Gnatone adulantior Thrasone glorioſior,*

*Phormione cōfidentior. Geta uersutior.*

*Euclione tenacior Thaide blandior*

*Demea asperior. Mitione lenior.*

*Parasito edacior Tantalo sitientior.*

*Atreco crudelior. Horeſte iſtanior.*

*Aiace iſtanior. Vlyſſe dolosior*

*Thersite deformior Nestore uiuacior*

*Orpheo uocalior. Glauco ſtupidior*

*Cyclope immanior Iro pauperior*

*Penelope caſtior. Nirce formosior.*

*Tithono uiuacior. Diana intactior*

*Achille animosior Eritone eſurientior.*

*Niobe fecundior Stentore clamofior.*

*Tiresia cæcior.*

*Buſyride illaudatior.*

DE COPIA VERB.

<u>Sphinge inuolutior</u>	<u>Labyrintho intricatior</u>
<u>Dædalo ingeniosior</u>	<u>Icaro audacior</u>
<u>Gigantibus elacior</u>	<u>Gryllo stultior</u>
<u>Excestra pertinacior</u>	<u>Nestore facundior</u>
His confinia sunt quæ sumuntur ex historijs. ut	
<u>Phalaride crudelior</u>	<u>Timotheo felicior</u>
<u>Polycrato fortunacior</u>	<u>Timone inhumanior</u>
<u>Sardanapalo nequior</u>	<u>Numa religiosior</u>
<u>Phocione iustior</u>	<u>Aristide incorruptior</u>
<u>Crœso ditior</u>	<u>Catone præfractior</u>
<u>Crasso locupletior</u>	<u>Codro pauperior</u>
<u>Aesopo luxuriosior</u>	<u>Herostrato ambitiosior</u>
<u>Fabio cunctantior</u>	<u>Socrate sanctior</u>
<u>Milone fortior</u>	<u>Chrysippo acutior</u>
<u>Lynceo perspicacior</u>	<u>Thracalo uocalior</u>
<u>Demosthene facundior</u>	<u>Curione obliuiosior</u>
<u>Hannibale uasfrior</u>	<u>Heraclito obscurior</u>
<u>Aristarcho doctior</u>	

Huc pertinet & illa quæ sumuntur à gentibus.

<u>Poeni perfidior</u>	<u>Scyta asperior</u>
<u>Scythotauris ihospitalior</u>	<u>Cretensi mendacior</u>
<u>Parthis fugacior</u>	<u>Græco uanior seu leuior</u>
<u>Thracibus bibacior</u>	<u>Thessalo perfidior</u>
<u>Care uilior</u>	<u>Leontinis luxuriosior</u>
<u>Sybarita fastosior</u>	<u>Milesijs effeminacior</u>
<u>Arabis ditior</u>	<u>Pygmæo brevior</u>
<u>Arcade stolidior</u>	<u>Cretensi uanior</u>

Afato

*Afso luxuriosior.*

*Addantur his quæ sumuntur ab animantibus.*

<i>Muliere loquacior</i>	<i>Passere salacior</i>
<i>Hirco libidinosior</i>	<i>Ceruo uiuacior</i>
<i>Coruuo uiuacior</i>	<i>Cornice uiuacior</i>
<i>Graculo loquacior</i>	<i>Lascinia uocalior</i>
<i>Dipsade nocentior</i>	<i>Vulpe fraudulentior</i>
<i>Echino asperior</i>	<i>Anguilla lubricus magis</i>
<i>Lepore timidior</i>	<i>Pisce sanior</i>
<i>Delphino lasciuior</i>	<i>Phœnix rarior</i>
<i>Scrophasœcūdior alba</i>	<i>Nigro cygno rarior</i>
<i>Albo coruorarior</i>	<i>Vulture edacior</i>
<i>Scorpio improbior</i>	
<i>Iaculis inexpectatior aut pestilentior</i>	
<i>Testudine tardior</i>	<i>Coclea contractior</i>
<i>Glire somniculosior</i>	<i>Sue indoctior</i>
<i>Asello tardior</i>	<i>Hydra immitior</i>
<i>Dama timidior</i>	<i>Hirundine bibacior</i>
<i>Cane rixosior</i>	<i>Tauro robustior</i>
<i>Equo idomito ferocior</i>	<i>Vrso hispidior</i>
<i>Tipula leuior</i>	<i>Simia lasciuior</i>
<i>Cane adulantior</i>	<i>Fele rapacior</i>
<i>Ceruis demissis auribus surdior</i>	
<i>Laro stultior</i>	<i>Coccyce importunior</i>
<i>Scarabeo improbior.</i>	

*Idem pollent quæ sumuntur ab officijs, ut*

*Carnifice immanior Lenone periurus magis.*

DE COPIA VERB.

Cinædo effemminacior. Milite gloriösior.

Athleta robustior. Rege magnificentior

Areopagita tristior. Monacho imperitior

Hæredipetis adulantior. Tyranno uiolentior.

Fossore durior.

E Andē uim obtinēt uoces denominatiue ab his deformatæ. Ut mellitū, p uehemeter iucūdo. Niuei mores, pro uehemeter puris. Aureū seculū, p magnopere felici, laudatoq; Plumbēū, saxeum, pro duro. Blitcū. Betaceū, p fatuo. Ficulnū, pro molli. Adamātinū, pro duro, ac laborū egregie tolerāti. Vitreū, pro fragili. Vultureus ueter, Vulpinū ingenīu. Leonina ferocitas. Thrasonica iactantia. Demeana asperitas. Stento rea uox. Ciceroniana facundia. Cuius generis plura sunt, q; ut numerū eorū persequilaboremus. Illa porro lōgius quidē petita uidentur: sed tamē hūc ad locū pertinent. Quām curat numerū lupus, aut torrentia fluminaripas. Non pluris illius cōuitia facio, q; culicem elaphantus Indicus. Pili non facio. Nauci non facio. Floci non facio. Sed hæc alio loco.

Cōmunitis omnīū gradūn uariatio. Ca. XLVII.

Omnes gradus circuitione uariamus, Vir magno opere doctus. Vir magna doctrina præditus. Magis doctus. Maiore doctrina præditus. Doctissimus, maxima doctrina præditus. Et res cū magna, cū maiore, cū summa turpitudine cōiuncta est. Aequipollētiæ que uocantur iōsōswāriū signorū. i. æquipollētiæ non medios

mediocriter ad orationis copia faciūt. Quare primū uocum ipsarum inter se discrimina paucis ostēdemus. Totus ad partes refertur magis, quam ad formas. Si mors totū hominē absumeret, merito tātōpere formi daretur. Totum hunc mensē, totā hanc noctem sine fruge transegi. Cunctus ad singula, quæ ratio non unis complectitur, generatim refertur. Cūctos Romanos. Cūctos mortales. Vniuersi, omnes simul collectos significat. Aut nullam aut uniuersam pecuniam uult, id est omnē simul. Teren. Id illa nunc abripit uniuersum. Singuli huic diuersā habet rationem. Nā omnes quidem ita significat, ut unusquisq; singillatim per se intelligatur. In singulas naues singuli milites accersebātur. Omnis, quasi generale est ad oīa. Siquidē omne corpus pro toto dicimus. Et omnem populū pro toto populo. Et omnem diem pro singulo die. Horatius. Omnem crede diē tibi diluxisse supremū. Omnes pro Cūctos, & omne pro uniuersū. Teren. At ut omne reddat, Tametsi hic pro toto positum uideri possit. Quisq; addit rei cuiuspiam in singulas partes distributionem. Ut sua cuiq; sētentia. Natura animātium sua cuiq; dedit arma. Suas cuiq; dotes largitus est deus. Unusquisq; nihil à quisq; differre uidetur, nisi qd' & pro singulo ponitur. Vnūquenq; sua cupiditas dicit. Nunc unumquodq; crimen cuiusmodi sit excutiamus. Nihil aut prohibet & singuli per distributionē huiusmodi accipi. Singulis nauibus singulos duces præfecit.

Quis

## DE COPIA VERB.

Quisquis non absoluit orationē. Quicunq; modo per  
ficit, modo nō perficit. Quisquis grauabitur semen-  
tem facere, is nō metet. Quicunq; recusabit laborem,  
nō seret fructū. Aliquoties absoluit propemodū, cum si  
gnificat ignorātiā. Ut quisquis fuit ille deorū. Qui-  
quis es armatus, qui nostra ad limina tēdis. In obliquis  
nonnunquā unico uerbo cōtentū est utrūq;. Remfaci-  
as quoquā modo. Hominē quoquo modo absoluas,  
pro quoquā modo. Quilibet et quiuis citrā discrimē  
unūquodlibet significāt. Hora. Quilibet in quemuis  
obprobria dicere sœuus. Resoluuntur aut̄ per coniunc-  
tionē, uel, cum omnis et reliqua fermē per copulati-  
uam exponantur. Quēuis arbitrū cedo. i. uel hunc,  
uel illū mea nihil refert. Qualibet hirsutas fronde te-  
gente comas. qd̄ Græci dicūt τυχὴ, quasi nō dele  
ctum, sed fortuitū, et casu oblatū. Vnusquilibet cōsimi-  
lem obtinet rationē. Significat enim unum aliquem ē  
multis, quicunq; sit ille. Deligas tibi auctorē unūquem  
libet. Et unusquiuis ab hoc nihil differt. Hec aut̄, qui  
libet, quiuis, unusquilibet, unusquiuis, nō nisi unicum  
uerbū admittūt. Sēper enim absolutā reddunt oratio-  
nem. Quātuscunq;, qualiscunq;, quātusquantus, qua-  
lisqualis, candē obtainent rationē cum quicunq; et quis  
quis. Aduerbia item utut, utcunq;, ubiubi, ubicunq;,  
quoquo, quoquā. Breuiter cōposita sēper sequuntur na-  
turam particule appositæ. Undeuis, undelibet, unde-  
cūq;. Quorū duo prima absoluūt orationē, postremū  
cōmune

cōmune est. Quocūq; quoquo cōmunita sunt. Quolibet et quoquis nō sunt. Quoquo uersum et quaqua uer-  
 sum cōmunita sunt. Vbi uis et ubilibet, absoluūt oratio  
 nem. Vbicūq; cōmune est. Vbi ubi nō est, uti nec utut,  
 nō enim absoluūt constrūctionem. Vter quod ad duo  
pertinet, cū ijsdem compositū, idem accipit discrimē.  
Vtercūq; anceps est. uteruis absoluīt, uterlibet itidem,  
utrocunq; anceps, utrouis, utrolibet absoluūt. Vterq;  
 copulatiue significat, ut et illa. Vtroq;, utriq;, utroq;  
 uersum. Aliquis infinite significat unūquempiā. Quid  
si hoc aliquis uoluit deus? Quis idem pollet, sed his  
 fermē dictionibus praecedētibus. Si, Ne, Nū, Ec, ubi,  
 Si quid extiterit noui. Ne quid temere faxis. Num quē  
 tuorū offēdi? Ec quid tui tetigī? Ec quam habes uxorē?  
Vbi quis te læserit. Vbi pro alicubi, Vnde pro alicun-  
 de. dūtaxat in cōpositiōe, ut Sicubi, necubi, nūcubi,  
 secūde, necunde. Quidā definite accipitur. Quendā  
 uolo uisere. Nisi cū habet aut contempūt, aut transla-  
 tionem. Ut Isidorū quendā mibi citabat. Perinde qua-  
 si dicas, Isidorū nescio quē. Lachrymas emisit quen-  
 dam animi sanguinē id est ueluti sanguinem. Seditio  
 morbus est quidā ciuitatis. Quispiam anceps est ad  
 usum quidā, et item ad usum aliquid. tame si resra-  
 gatur Valla. Sed complurium authoritas Vallē recla-  
 mat. mittito ad me tuorū quēpiam. Est domi tuae quis  
 piā, cum quo iure debeam expostularē. Quisquās  
 et illius inter se conueniunt. Siquidem præter quām  
 quod

D E . C O P I A . V E R B .

quod habent plusculū uehemētic, q̄ superiōra. Illud  
quoq; peculiare obtinent, quod gaudēt uel negatione,  
uel signo. Si, uel ne prohibētis, uel interrogatione, ut  
Haud ullus mortaliū ista possit p̄estare. Haud possit  
mortalii quisquā ista p̄estare. Si quisquā est q̄ sapie-  
tiam cū eloquētia cōiunxit, certe Tullius est. Vide ne  
quisq̄ hic affugiat. Caue ne quoquā oculos tuos à meis  
dimoueas. An est quisquā qui suā amicā se p̄esente?  
Num quisq̄ est mortalii tā patiēs? Similis est ratio ad-  
uerbiorū, Vsquā et Vspiam, quantū ad signa pertinet.

De Propositione generali. Ca. XLVIII.

His iactis, ceu fundamētis, ad æquipollētias pro-  
grediamur. Propositionē generale, uel uti uo-  
cant uniuersalem, uarijs modis efficimus. Primū pro-  
prijs ac peculiari bus signis. Omnes amicos alienauit.  
Deinde per negationē. Nemīnē nō alienauit. Deinde  
per interrogationē. Quē nō amicū alienauit; Vergi.  
Quas gentes Italū, aut quas nō oraueris urbes? Nulli  
nō maledicis. Duplex generale signū nō licet eodem  
modo uertere. Cicero. Cum omnibus omnia minaba-  
tur. Omnibus omnia inuidet. Neq; enim recte, nihil  
non inuidet alicui. Oibus maledicis. Quis est cui non  
maledicas? Omnia dixit. Quid nō dixit? Ut aut inter-  
rogatio addita negatione generaliter affirmat, ita ci-  
tra negationē generaliter remouet. Quid possit dici  
stultius? Id est nihil dici possit stultius. Deinde p̄signa in-  
finita. Haud percūit cuiquā. Nō est ullū ueritus. Haud  
ullum

ullū ueritus. Haud ullū est facinus reliquum, quod nō peregerit. Nō exceptit aliquē, neminē exceptit. idem efficitur per quantū & quicquid, & si qd' aliud. Quā tum est horū uenustiorum i.e. omnes uenustiores. Quicquid erat copiarū cō traduxit i.e. oēs copias. Et si quid erat copiarum anūs i.e. omnes copias. Si quid aliās sibi bonae famae cōpararat, id nūc perdidit. Redditur generalitas ceu pueriali figura, ut cū dicimus Miscebis sacra pphanis i.e. omnia. Item, Iauenesq; senesq; i.e. oēs. Neq; magnum neq; parū i.e. nihil. Est & infinita propositio. Per fas nefasq;, i.e. quocunq; modo, quo iure, qua ue iniuria.

De propositione nō generali. Cap. XLIX.

**P**ropositionē non generale efferimus ad hūc modū. Nō nihil est uel aspicere i.e. aliquid est. Nō nulli plurimi faciunt pecuniā quām fidem. Inest et infan-  
tibus nō nihil ingenij. Nō omnē pecuniā absumpsit i.e. est quā nō absūperit. Qui legat argentū factū, non omne legat argētum. Omittitur interdū signū, manen-  
te sētentia. Sunt qui pecuniam anteponant famae id est sunt aliqui. Est ubi peccet i.e. alicubi peccat. Est qui plures agros occupet i.e. aliquis. Vbi nō nunquā subau-  
ditur quiddā. Est in quo mihi possis magnopere grati-  
ficari i.e. quiddā. Negatio iterata nō unquam necessita-  
tem significat, non affirmacionē simplicē. Ut nō possū  
non ridere. Nō possum nō mirari. Non potest nō uolui  
coelū. Nō potest non stare terra. Nō potest non uerū  
dicere ueritas. Id accidit dūtaxat in hoc uerbo possū.

Eleganz

## DE COPIA VERB.

Elegantia signorum.

Ca. L.

Tllud igitur obseruandum, ne signorum differentias in variandis propositionibus confundamus: id quod fere faciunt hi, qui uulgo dialecticam profitentur. Non erit tibi res cū quoquam. i. cū nemine tibi res erit. Nō erit tibi res cū quolibet homine. i. erit cū homine singulari ac præstanti. Altera est negatiua, altera affirmativa, & longe diuersam habent vim. Non cuius homini contingit adire Corinthum, id est non contingit nisi precipuis. Non contingit ulli. Vides quāto aliud possit. Nō amat quempiā è ministris. Non amat aliquem, id est, neminem. Nō satis amat quendā, unum significat quem oderit. Nō satis tibi fauet quidam. Nō tibi fauet quisquam. Tota ratiōne disident. Nō recuso quenq; recte dicitur. Nō recuso quēlibet, perperā, nisi in diuersa sentētia. Nō exclusit oēs. i. quosdam nō exclusit. Nō exclusit quoslibet, significat delectu quodā alios exclusos fuisse, alios admissos. Omnia solia huic arbori decident, uere dicitur. Vniuersa decident, falso. Singulos salutauit. Nō salutauit quēlibet. Lupae unūquēlibet admittunt. i. citrā delectū quoscūq;. Vide ne cui dicas. i. ne minimi dixeris. Vide ne dicas cuiq;. Vide ne cuipiā dixeris. Vide ne dixeris alicui. Vide ne mortaliū ulli dixeris. Hactenus idē pollēt. Vide ne cuius, aut ne cui libet dixeris. i. vide cui dicas, & vide ne temere apud hominem quēcunq; effutias. Omnes sibi malunt esse recte, q; alijs. Sibi quisq; uult esse recte potius, quam alijs. Idem pollent

pollent. Nemo non malit sibi rectè esse q̄ alijs. Singuli  
sibi malint esse bene quām alijs. Hactenus idē pollut.  
Vniuersi sibi m̄ilint esse rectè, quām alijs inepit dice-  
retur: propterea qd' uniuersi peculiarem uim habeat.  
Toti respondet aliquantū, quod aliquā partem signifi-  
cat. Semper respōdet aliquādiu, idest aliquāto tēpore  
Ut superius admonuimus, om̄nis reddi per quātū: itidē  
totus redditur per quantū, quām lōgus. Homo quātus  
erat, humili prostratus est. i. totus. Nunc hyemē inter se  
luxu quām longa souere, id est totam hyemem.

Vterq;.

Neuter.

Vterq; utriq; est cordi, mutua est affinatio. Vterq;  
alteri est odio: mutua item. i. mutuo sese amant, mutuo  
sese oderunt. Neuter alteri fidit, mutuā diffidentia si-  
gnificat. Neuter neutri nō perinde diceretur. Id genus  
orationē tot fermē modis uarians. Vterq; alterum  
odit. Vterq; utrūq; odit. Alter alterū odit. Oderūt alter  
alterū. Mutuū oderunt. Oderunt se mutuo. Oderūt in-  
sucem. Oderūt inter sese. Mutuum inter ipsos est odiū.  
Neuter alterū amat. Alter alterū uicissim odit.

Semper.

Semper generalitatem habet temporis. Cui contra-  
rium Nunquam. Huic subiectum est Aliquādo. Semper  
litigas. Nunquam nō litigas. Quando nō litigas? Num  
quando non litigas? An est quando non litigas.

Sæpe.

Sæpe respōdet, aliquoties infinitum. Multis aliquot,

F Magno

## DE COPIA VERE.

Magno aliquātus. Sæpe opponitur raro. Neq; raro ad monui. i. admonui frequēter. Haud sæpe me uisit. Ple=rumq; fermè ferè nonnunq; & ipsa generalitatis quidam obtinent. Ita fermè ingenū est hominū. Eo inge=nio pleriq; sumus. Ferè fit ut diuites habēatur in pre=tio, id est ferè fit apud omnes. Temere in oratiōe ne=gatiua similē uim habet. Haud temere peruenit ad fru=gem. i. ferè nunquam, aut uix unquam.

De uarietate negationis. Ca. LI.

I

nterdū unica negatio idē efficit qd' due. Neminem audit, ne parentē quidē audit. Nō audit uel parentē. Nemo parem referre gratiam parenti potest, ne malo quidē. Nec malo parenti quisq; parem referre gratiam potest. Non potest par gratia rependi patri, uel malo. Nō reliquit ille nec ruinā. Ne ruinā quidē reliquit.

De tribus.

Tribus interdū negationibus nihil plus efficitur, q; una aut duabus. Nō ueretur neq; deos neq; homines. Neq; deos neq; homines ueretur. Nō ueretur aut deos aut homines. Nō metuit homines uel deos, in carmine. Cōduplicare negationem asseuerādi gratia, latinis etiā receptū est, si modo non iteretur sola. Nō faciam, non faciā inquam. Graci solā iterat: Interdū etiā citrā asseuerationem. Demosthenes quatuor unius loco po=suit, οὐδέτω τε δυδέπον μὴ γενήται τῶν δέοντων. Manētibus ijsdē signis, tamē interdū uariatur proposi=tio, et mutatis manet eadē, mutato uerbo: ut oēs admit=tit

tit. Omnes reiçit. Nemine nō reiçit. Nemine admitit. Omnibus displicet. Nemini placet. Nulli non dispi-cet. Nulli placet. Hic animaduertendū que uerba cum quibus pugnant. Synonyma negandi.

His sermē uocibus remouemus. Non, haud, nec, neq;; haudquaquam, neutiquā, minime, minus, parum, absit: Dijs, prohibeāt. bona uerba, quiduis potius, omnia citius & similia. Inter quæ haud & haud quaquā plusculum habet uehementiæ, q̄ non. Neutiquā asseuerationē habet peculiarē. Minime plus quiddā significat quam negationem. Homo minime malus. i. quiduis potius q̄ malus. Parū, modestius remouet. Parū eruditus. Ne parū multa scire. i. ne pauca, siue nō satis multa. Minus, diversam habet naturā. Interdū cōparat dūtaxat. Vtrūq; diligit, famā & pecuniā, sed illā minus q̄ hanc. Interdū negat dūtaxat. Homo minus mihi notus. i. parū notus. Nā cū ea uoce minus cōuenit. i. nō cōuenit. Interdū pariter utrūq; facit. Quintilianus capite de Narratione. Cum interim, quod tanq̄ facile cōtemnunt, ne scias, præstare uelint minus, an possint. Terentius in Ecyra: Non tibi illud factum minus placet quam mihi Laches. Neq; hic placet pro displicet positū, ut expōnunt Grāmatici. Quis enim sanus id faciat? Sed minus perinde ualeat ac si dicas. Non amat me Dionysius & minus te, id est me magis odit quam te. Subaudiendum est enim factum utriq; non placere. Atq; ita minus simul negat & comparat.

## DE COPIA VERB.

Conneclendis formulæ. Ca. LII.

Verū de his accuratius disquirere, magis ad didic  
 lecticos pertinere uidetur. Ceterū ad huius ope  
 rationem satis arbitramur utcunq; paucis attigis  
 se. Nunc ad reliquas formulas aliquot accingamur, ac  
 primū cōnectendi. Videmus enim in medio criter etiā  
 cruditis eam uirtutē desiderari, ut apte cōcinneq; ora  
 tions membra, atq; articulos, cēu neruis quibusdam  
 cōmittant. Sed quibus ansulis, mīnūtiores oratiōis par  
 ticulae sint comittenda, id propē fuerit infinitū expli  
 care. Maiores his fermè modis cōnectuntur. Præterea  
 Deinde, quod s̄epiū apud M. Tulliū reperitur. Præci  
 puum est sterlus columbarum, proximum caprarum,  
 ab hoc ouium: deinde boum. In nostro orbe proxime  
 laudatur Syriacū, mox gallicū. Mox, usurpat Plinius  
 aliquot locis, pro deinde. Item in quo principatum te  
 nuit Bœotia, deinde Sicilia: mox Africa. Primo loco,  
 secundo, aut tertio loco. Porrò, porrò autem. Quod  
 nouo iam quasiq; maioris sermonis initio cōuenit, an  
 notatore Donato. Ceterum, quo licebit uti, quoties ad  
 diuersa digreditur oratio. Tū pro præterea. Ad hoc:  
 ad hæc, qd' apud Græcos προς τούτοις. Super hæc,  
 pro eo qd' est, præter hæc, locis aliquot usurpauit Suet  
 tonius. Super ingenuorū pædagogia, & super innuic  
 ram turbam. Adde his, Accedit his, Accedit ad hæc.  
 Huc accedit. Huc pertinet. Eodē pertinet. Huic cōfi  
 ne est illud. His finitum est. Ad hanc formā pertinet.

Ad hunc

Ad hūc ordinē referendū est. Huic proximū est. Illud  
haud quaquam pretereundū silētio. Sed operapreciū  
est illud audire. Iam aliquoties cādem uim habet, uox  
Quintiliano p̄cipue familiaris. Deinde cum progres  
su incandescit oratio. Iam uero. Age uero. Quid quod,  
& cōsimilia. Iam uero qd reserā? Age uero ad bellū in  
Africa gestū ueniamus. Quid quod suos etiā incessit.  
Quin, quinetiā, insuper: ad hoc pertinent genus. Inte-  
rim & per occupationē cōnectimus, ut ne dicā inte-  
rim, ut omittam, domesticas huius sordes. Nā illud quid  
attinet cōmemorare? Nā hēc aliās. Sed illud suo loco  
dicetur. Interim per dubitationē, ut illud: Eloquar an  
sileam? Nunc idem ualeat. Nunc ad id quod secūdo lo-  
co dicturos nos sumus polliciti.

Transitionū uarie cōnectitur oratio. Ca. LIII

Transitionibus uarie cōnectitur oratio. Siquidem  
aliquando sumuntur ab æquali. At erant hēc iu-  
cindissimi, neq; minus uoluptatis attulerūt illa. Inter-  
dum ab inæquali. Sed hēc utcunq; ignoscenda, illud  
quis ferat: auditis grauiſſima, sed audietis grauiora.  
Simili, ut hēc perfidia designauit: cuius generis sunt et  
illa quæ nuper Romæ patrasse dicitur. A' cōtrario. Ut  
sed hēc priuatim, nūc quæ publice. Hactenus quæ do-  
mi gesit, nūc quæ sub signis. Sed hēc iuuenis peccauit  
nūc senis uirtutes audietis. A' diuerso. De morib⁹ ha-  
bes, nūc de doctrina reliqu⁹ est ut dicamus. Quasi per  
occupationē. Iam ad reliqua properabimus, si prius il-

DE C O P I A V E R B.

lud unū adiecerimus. Per reprehensionē. Verū de his  
plus satis. Quorū sum nos transuersos abripiat dolor?  
Ad rē redeamus. Quid his immoror? Ad id qd' est b*ua*  
tus causæ caput, festinet oratio. A cōsequentibus, siue  
relatiis. Hes qd in illū cōtulerim beneficiū, nunc  
quam gratiam mibi retulerit audi. Quid pollicitus sit  
expositū est, nunc quid ille praestiterit paucis accipite.

A re & persona.

Ca. LIII.

**G**eneralis uariādi formula est à re & à persona.  
**V**lt nihil opus meis monitis. Nihil opus me moni-  
tore. Te suatore, tuo suasu. Te ipulsore, tuo ipulsi. Te  
instigāte, tuo instinctu. Te hortatore, tuo hortatu. Te  
auspice, tuis auspicijs. Te duce, tuo ductu. Te cōsule, in  
tuo cōsulatu. Te doctore presci, tua doctrina presci. Pa-  
trem cōsulem nō desinit tactare. Patris cōsulatū sine fi-  
ne iactat. Gloriatur formosa uxore, de uxoris forma  
gloriatur. De te incolumi superis habeo gratiam. De  
tua incolumitate grator superis. Discretuat animum  
uxor impudica. Discretuat animū uxoris impudicitia.

Ex more. Cap. LV.

**E**x more, Tranquillus dixit. De more, Maro, pro  
more. Patrio more., citrā præpositionem, More  
hominum facit. Non insolens istud facis, pro ueteri  
consuetudine. Solens meo more fecero.

Subornandi. Ca. LVI.

**S**vbornauit accusatorem. Submisit cōsularibus ui-  
bris, qui regio genere ortam peierarent. Supponi  
puerum.

L I B E R P R I M V S 44

puerum. Subdere oua in nidum alienum. Submissiij. Suppositicij partus. Subditicij partus. Ne pater hūc à me allegatum putet.

Renouandi Cap. LVII.

V Etus Atheniensum exemplū renouemus. Prisli num morē reuocemus. gratias egit, quod prisli num morē retulisset. Redeamus ad intermissa studia. Studium intermissū repetamus. Bellū redintegrarūt. Diū iſlauramus honores. Libertatē amissā restituit. Odiū uetus eo dictorio recruduit. Recāduit ira. Cras īgēs iterabimus ēquor. Iterāti noxā nō est ignoscēdū.

Finales formulae. Cap. LVIII.

T V uigilas uti ditescas. Ego labore quo doctus ē uadam. Obiurgo te quo reddam meliorem. Ut melior euadas, ob id obiurgo te. In hoc reperta muſica ut animos delectet. Ad id adhibendae literae, ut nos reddat melius moratos. Cui rei paras opes? Quo mibi diuitias? Quorūsum opus est nummis? Huc pertinent orationes illae omnes quas de supino priore posuimus. Spectatum ueniunt &c.

Caſſales formulae. Ca. LIX.

N On dico quo quemquām habeā chariore. Non dico qđ parū tua mibi placeāt. Ob id te ſepius reprehēdo, qđ impēſius amo. Quoniā impēſius te dili go, ob id te ſepius admoneo. Ideo nulli places quia tibi nimūn places. Quādo tu me negligis, tui quoq; curā ab iſciā. Age reuocētur copiae, quādo qđē ita tibi uidetur

## DE COPIA VERB.

Iubeas miserū esse libēter, quatenus id facit. Ad eundē modū locutus est Plinius in epīsto. Maneat puerā post ea q̄ spōso iucūda est. postea q̄ mihi nō credis, alios in consiliū adhibe. Quādo hāc te cura remordet. Nemī nē ex animo amat, in caussā est pecuniae studium

pendiculum, summa cura. Exquisite, conquisite.

**Perficiendi.**

Ca. CXVII.

**A**bsoluit, perfect. Exegi monumentū. Finem im  
posuit. Finem dicendis faciam. Finiūt. Summans  
manū imposuit. Ad umbilicum duxit. Fastigium impo  
nere. Colophonem addere. Supremam addidit manū.  
Extremum actum addere. Fabulam uitæ peregit. Ex  
acta etate. Ad metam usq; perduxit.

**Committendi.**

Ca. CXVIII.

**I** Eges inter se collidunt euentu. Ut non compo  
siti melius cum Bytho Bacchius. Quis te cum  
isto commisit homine? Concertasti cum hero. Con  
ferre pedem. Conserere manū. Congredi cum uiro.  
Confligere, Colluctari, Conflictari.

**Amandi.**

Ca. CXIX.

**V**Nice te diligit. Amat effusissime. Chariſſimū ha  
bet. Admirāda quadam charitate prosequitur.  
Fama nihil habet antiquius. Non amat modo, uerum  
etiam obſeruat, Singulare benevolentia prosequitur.

H 5 Animo

## DE COPIA VERE.

Animo toto te cōplectitur. Oculis atq; anio fert homi  
nē. Coridon ardebat Alexim. Deperibat uirginē. De-  
peribat in uirginē. Flagrat amore tui, A mātiſſimus est  
tui. Tui tuorūq; est obſeruātissimus. Studioſiſſimus est  
tui. Tui cupiētissimus. Ex anio tibi bene uult, Bene cu-  
pit tibi. Nō perinde illi affectus erat, dixit Suetonius p-  
eo qd' est, nō perinde diligebat. Sic omnia tua exoscu-  
latur, idest sic amat. Cupiendi. Ca. CXX.

**L**AUDIS AUDIUS, LAUDIS AUARUS. AUENS GLORIÆ. CUPI-  
ENS FAMA. TUSITIETISMUS, FAMELICUS GLORIÆ. SI-  
TIT FAMAM, SITIT AURUM. ESURIENTISSIMUS LAUDIS. MIRAGLO-  
RIA FAMES HABET HOMINEM. AMBIT HONORES. NULLIUS REI  
QUAM LAUDIS AMBITIOSIOR. PRIUATI COMMODI STUDIOFUS.  
ALIENI APPETENS, APPETENS LAUDIS, ELOQUENTIÆ CĀDIDA-  
TIUS. INHIAIT LUCRIS, IMMINET EXITIO UIR CÔIUGIS, ILLA MARIS-  
TI. GESTIO UIDERE HOMINEM. PRURIT ILLI TERGUM.

Male precandi uerba. Ca. CXXI.

**V**OICES CAPUT TUU DIRIS DETUOUIST. EXECRATUS EST TU  
SESE, TUM SUOS OMNIS. VT TE DY PERDANT, ABIU-  
MALARUM, IN MAXIMUM MALUM, IN CRUCE. DY  
TE ERADICENT, DY LIBI FACTIS DIGNUM TUIS SUPPLICIUM DENT.  
DY MENTE TIBI DENT TUAM, ΒΑΛἈΝΕΣ ΧΟΓΑΝΔΙ, GRÆ-  
CIS EST USITATISSIMUM. QUÆRES ILLI UERTAT MALE.

Pollicendi. Ca. CXXII.

**N**ESCIO QUID MAGNI PROMITTUNT SYDERA. MAGNIFICE  
POLLICENTUR AMANTES, PROMISSIS DUCLAT HOMINEM,  
POLLICITIS DIUES, QUILIBET ESSE POTEST. CAUE FIDAS HUIUS-  
MODI

L I B E R P R I M V S. 62

modi pollicitationibus. Spondeo futurum. Despōdeo.  
Sponde, noxa adest. Ego tibi huius nomine fidei abeo.  
Recipio tibi facturum me. Recipio ad me. Hoc tibi  
meo periculo p̄mitto. Ita mihi stipulati pactus est. Lit=   
toribus nostris ancora pacta tua est. Do fidem futurū.  
Confirmo futurū. Fidem suam interposuit. Clodio Ty=   
berius ea lege cœnam condixit, id est promisit se uen=   
turum ad cœnam, apud Suetonium.

Principatus. Cap. CXXIII.

**E**st copiosum dicendi genus, in quo Cicero principia=   
patum obtinet. Breue in quo Salustius regnat.  
Subtile, in quo dominatur Hortensius. Floridū, in quo  
primas tenet Plinius. Variū, in quo præcipuus est Hie=   
ronymus. Graue, in quo princeps est Seneca. Festiuū,  
in quo singularis est Martialis. Simplex, in quo primus  
est Terentius. Acutum, in quo præcellit Quintilianus.  
Suaue, in quo uicit Statius. Antiquū, in quo nulli secun=   
dus est Cato. In affectatum, in quo n̄ illi cedit, nullo in=   
scrior est, nemini posterior est Cæsar. Huius negotij  
ueluti antisignanus, dux, uexillifer, signifer exitisti.  
κορυφᾶς, Græci. Homerus omnes procul à se re=   
liquit. Omnes à tergo reliquit. Longo intervallo præ=   
cellit, præcedit, præcurrit, præit, anteit, antecellit. In li=   
teris Græcanicis palmam tenet. Eloquetiæ. M. Tullius  
arcem tenet, Primam laudem obtinet, Primum locum  
obtinet. Præmia prima seres.

Ludorum. Caput CXXIV.

Munera

DE COPIA VERB.

**M**vnera gladiatoria populo exhibuit. Edidit Cir-  
censes. Fecit ludos scenicos, apud Suetonii in  
Calligula. Commisit et subitos apud eundem. De-  
dit populo centum gladiatorum paria. Centum cas-  
melos produxit.

Agere delectum. Ca. CXXV.

**H**abuit delectum, agere delectū. Delectibus un-  
diq; acerbissime actis. Cogere exercitum. Co-  
trahere copias. Conscribere exercitum. Parare ma-  
num. Comparare uim militum. Collectis copijs.

Adimendi honorem. Ca. CXXVI.

**D**eposuit dictaturam. Amotus est consulatu. Ab-  
rogatū est illi imperiū. Ademptū imperiū. Redi-  
ctus est in ordinē. Multos coegit in ordinē, hoc est pri-  
uatos reddidit. Missionē petiit. Rude donatus est. Di-  
misit cum ignominia. Exauctorauit totam legionem.

Persuadendi. Cap. CXXVII.

**F**ecit mihi lachrymis pœnitētiæ fidem. Lachrymis  
mihi persuasit sese facti pœnitere. Lachrymæ mi-  
hi persuaserunt illum pœnitere facti. Lachrymis esse  
cit, ut crediderim illum pœnitere. Adduxit me in su-  
am sententiam.

Inferendi seu ratiotinandi.

Caput CXXVIII.

**Q**uod animal est, idē corpus sit neceſſe est. Quod  
autem corpus est, nō statim et animal. Is parta-  
per est, qui plurimum capit. Porro quo  
quisq;

quisq; magis abūdat opibus, hoc est opum appetētior.  
 Igitur dītissimus quisq; pauperrimus sit necesse est. Si  
deus est animus, animi puritate, nō uictimis corporeis  
eū cōuenit colere. Cū animus sit corpore p̄fātior,  
 uirtutes aut̄ animi sint possessiones, pecuniae corpo-  
 ris, cōsentaneū est uirtutes pecunijs anteponēdas eſe.  
 In quem cadit misereri, in eundē cadit inuidere. Nō  
 cadit aut̄ inuidere in sapientē. Ergo ne misereri qui-  
 dem. Ipse sibi utilis eſe nequit, et uobis erit usui? Felix  
 nō est, cui multa defūt. Atqui diuitiis defūt plurima.  
Qui possunt igitur diuites eſe felices? Solū bonū uir-  
 tus, nā id demū bonum est, quo nemo male potest uti.  
Virtute nemo male uti potest. Bonum est ergo uirtus.  
Bonū est uirtus, ut qua nemo male uti potest. An bo-  
 nū pecunia, qua quisq; potest male uti? I nunc, in serē  
 di uim habet, sed uelut cū exprobratiōe. I nunc, argē-  
 tum, marmor uetus &c, Quæ cū ita sint quis audeat  
inficies ire? Hoc cū sic habeat, an nō dedisti damnū?  
Vitrū damnū dedisti, an non. & dubitamus adhuc :

Nil nisi. Ca. CXXIX.

Nil nisi poēta es. Nil aliud es nisi poēta. Nil aliud  
 quām poēta es. Tantū poēta es. Poēta es, Præ-  
 terea nihil. Nihil es præter quām poēta. Nisi poēta es,  
nihil es. Nihil aliud quām flebat. Tantū flebat.

Landandi ac uituperādi. Ca. CXXX.

Non omnes probabūt consiliū tuū, culpabūt plu-  
 rimi, animū insimulabūt nō nulli. Nemo mihi ue-  
tio uer=

DE COPIA VERB.

tio uerterit. Istud uituperio dabunt omnes. Tu tibi audi-diducis, glorie tibi tribuis, honori putas fore. At omnes dedecori dabūt, probro dabunt, criminabūt, damnabunt, reprehendent, improbabunt, sugillabūt, taxabunt, notabūt. Atro calculo notabunt. Albū ad-dere calculum. Subscribere sententiæ. Suffragari, re-fragari. Laudibus serre. Laudibus uexit apud Pliniū in epistolis. Scis uitio nigrum præfigere Thita.

Summæ. Cap. CXXXI.

**A**d summam. In summa. Ut summatim dicā. De-aniq; demum, postremo. Breuiter, ut semel dic-am, Ut semel finiam. Dicam in genere. Rem omni-uerbo complectar. Quid quæris? pro deriq;. Cicero-nianum est. Quid multa? quid multis moror.

Perdendæ operæ Cap. CXXXII.

**L**vit operā. Luditur opera. Opera et impēsa pe-xiit. frustra ego hanc operam sumo. Nihil agis. Lāterem lauas. Actum ago. Actam rem agis. In sylua-fers ligna. Reliquaq; prouerbia, quibus inanis opera significatur. Fructus. Ca. CXXXIII.

**M**Agnum ex ea re fructū retulit. Cepit emolumē-tum. Lucrū reportauit. Sensit cōmodū. Cōmo-ditatem demessuit. Collegit utilitatem. Frugē accepit. Lucrū fecit. Cōpendium parauit. Eares illi frugife-ra fuit, fuit emolumento, fuit commodo, fuit usui.

**N**ihil pudet, Depuduit, Depuditū est. Dediticit pudore

L I B E R P R I M V S . 64

pudorē. Oblitus est pudoris. Dediticit pudes cere. Ne scit pudes cere, Exuit pudorē. Perfricuit faciē. Perfricuit frōtem. Affectādi. Ca. CXXXV.

**A**ffectata uerba, Affectatus ornatū. Ascitus ornatū. Ascitus decor. Fabius & gratiā rei nīmia cooptatione consumpsimus. Cooptationem pro affectatione dixit. Captat laudem. Venatur gloriam. Aicupatur famam. Accersit sibi malum.

Ignorandi aut contrā. Ca. CXXXVI.

**S**cio. Non ignoro, Non me fugit, Non me latet, Non me præterit. Non sum nescius, Nō me clam est. Quis nescit? Nemini dubium. Intelligo, uideo, sentio, Compertū habeo, Exploratum habeo, Perspectum habeo, Cognitum habeo. Non est obscurum mihi. Non me fallit. Haud me falsum habuit. Indoctus disici. Rudis horum malorum. Imperitus fallendi, Ignarus loci, Salustianum.

Turpe est, & similia Ca. CXXXVII.

**T**urpe est, Cū turpitudine coniunctum est. Laudabile est. Cum laude cōiunctum est. Cum uitio coniunctum est, Vitio cōfine est. Non uacat uitio. Non caret uitio. Non abest à uitio. Periculose, cū periculo coniunctum.

Quin &, ut non. Ca. CXXXVIII.

**R**vere illa non possunt, ut hæc non eodem labefacta motu cōcidant. Cicero pro Pompeio. Quin hæc eodem labefacta motu cōcidant. Nō potes ludere opibus

D E C O P I A V E R B.

opibus, ut animi tranquillitatem non perdas. Non potes, quin perdas. Non potes, nisi perdas.

Id quod, quod. Ita ut, ut. Ca. CXXXIX.

Id quod, pro quod: & ita ut, pro ut: frequēs est apud Ciceronem. Ita ut facis. Id quod facis. Quod qui dem facis.

Amplificandi. Ca. CXL.

Cedendū erat hospiti, præsertim seni, maxime se-  
ni, pulsauit hospitē, cumq; senem, idq; senē, atq;  
hunc senem, atq; adeo senem.

Reciproca constructio quorundam.

Caput CXLI.

Erit humanitatis uestra magnū ciuiū numerū cala-  
mitate phibere. Cicero. Prohibe infandos à na-  
uibus ignes. Verg. Defendit capellas ab æstu. Defendit  
æstum capellis. Spargere humū solijs. Spargere folia  
humī. Sternere pallio lectum. Instertere lecto palliū.

Non contentus. Ca. CXLII.

NON contentus uictoria. Non contentus uicisse.  
Non sat habebat uicisse. Non sat erat uicisse.  
Parum erat uicisse, ni in uictos etiam seuiret. Nō suffi-  
ciebat uicisse. Pœnitabat rapinæ, nisi parentem quo-  
q; spoliasset.

Satisfaciendi. Ca. CXLIII.

Interdum non satis facit Ciceroni Demosthenes. Nō  
implet aures Ciceronis Demosthenes. Non respon-  
det optatis meis. Non facit satis hominum de se expe-  
stationi

## LIBER PRIMVS. 65

stationi. Tullius in Demosthene, non nunquia desiderat aliquid. Non ises quem expectaram. Nō talis est qua-  
lem uellem. Non nihil in te requiro adhuc. Non facit  
ad huius cupiditatem.

Impunitatis, aut contrā. Ca. CXLI.

Omnes plura habere cupimus, et tamē id nobis impune est. Haud impune seres. Haud impune feceris. Nō fuit illi fraudi magistratū phibusse ut. Si-  
ne fraude esto. Non sic auferes. Mirabar hoc si sic ab-  
iret. Militē impunitate donauit. Nullū facinus impuni-  
tū esse oportet. Nullas poenas dedit eius facti. Poenas pendit. Tu pēdere poenas Cecropide iussi. Persoluit,  
exolut, luit dependit. Nullū de eo sumptū suppliciū.  
Ei facto nulla irrogata poena. De tanto flagitio nō est animaduersum, in omnes grauiter animaduersum, Ex-  
acta poena.

Suadendi aut cōsulendi

## Caput CXLV.

Inde estis autores mihi? Te autore suscepi negotiū.  
Tuo impulsu feci. Te impulsore feci. Tuō suasu.  
Tuō inductu. Cicero. Te suasore. Te consultore. Tuō  
cōsilio. Abs te persuasus id feci. Tuō instinctu, amore  
in cōsiliū adhibuisse uideris. Tuō persuasu. Cicero.

Prudens. Ca. CXLVI.

Prudens fecit. Sciens fecit. De industria fecit. Stu-  
diose fecit. Data opera. Dedita opera fecit. Stu-  
dio fecit. Consulto fecit. Consilio fecit. Contrā. Impru-  
dens, nesciens fecit, per errorē. Errore factū est. Per

## DE COPIA VERE.

Imprudentiam. Peccauit inconsulte. Ex industria, pro de industria aliquoties dixit Quintili. Composito factum. Ex composito. Ex destinato, pro consulto: apud Suetonium est in Caligula.

Causae. Cap. CXLVII.

Plurimis de causis mihi tue literæ iucundæ fuerūt. Duasob res hominem odi. Multis modis tua mihi iucunda fuit epistola. Duobus nominibus es mihi charissimus. Duplici nomine, duplici de causa tuis scriptis delector. Bis mihi iucunda fuit epistola tua. Multisariam me tue literæ delectarunt.

Dierum notatio. Ca. CXLVIII.

Calendis Ianuarijs. Ad calendas Ianuarij. Calendas Ianuarij die. Nonis Ianuarij. Ad nonas. Die nonarū. Idibus Maijs. Ad idus Maij. Iduum Nouēbriū die. Pridie calendas, aut calendarū. Pridie nonas maias. Pridie nonarū. Pridie Idus, Pridie Iduum Nouembris. Postridie calendas Ianuarias. nel, Quarto nonas Ianuarias. Postridie nonas Ianuarij. uel, Octauo idus Ianuarij. Postridie idus Ianuarij. uel, Decimonono calendas Februarij. Præterea decimo calendis februarias. uel, ad decimum calendas februarij. Ad eundem modū de reliquis mensibus ac diebus dicendum.

De Numeribus. Ca. CXLIX.

In numeris illa uarietas est generalis, de addita, aut omissa cōiunctione. Annos natus quatuor et uiginti. Annos natus uigintiquatuor. Annos natus centū et uiginti.

uiginti, centū uiginti. uiginti suprà centū. Deinde qd'  
duos numeros principali proximos, uel cōposite, uel  
incōposite efferre licet. Duodecim.  
Vnde uiginti pro nouēdecim. Duodetriginta, undetriginta,  
ac deinceps cōsimiliter usq; ad centū. Suprà cen-  
tū cōposite per adiectiuū. aut incōposite per aduerbiū  
efferimus. Ducentos, bis centū. Trecentos, tercētum:  
atq; eodē modo usq; ad mille. Mille multiplicamus uel  
substantiuc, uel adiectiue cū aduerbio. Mille nūmūm.  
Mille nūmos. Bis mille nūmos. Duo millia nūmorū.  
Pergendūq; cōsimili ratione ad mille millia, aut millies  
mille. Nonnunq; cādem sententiā efferimus & per car-  
dinalia, que uocantur, & per ordinis numeralia. An-  
nos natus uiginti. Annū egressus uigesimū. Annū exces-  
sit uigesimū. Annū agit primū & uigesimū. Bienniū  
est quod patriā nō reuiserim. Tertius hic annus agitur  
quod patriā nō reuisi. Dic quotus esse uelis, id est quot  
conuiuas uelis. Hic non ordo, sed simpliciter numerus  
significatur. Distributiuis pro simplicibus in carmine  
licet uti. Vbi uero apponitur quipiam, quod distribu-  
tionem explicit, liberū est uti uel distributiuis, uel car-  
dinalibus. Quotannis duo talenta capit. Vel, Quotan-  
nis bina talēta capit. In singula capita mille nummūm  
distribuit, uel millenos nummos.

Aduerbia temporis. Ca. CL.

**T**empus uix dum præteritum, per Modo aduera-  
**bium significamus**. Paulo longius, per Dudum,

## DE COPIA VERB.

ac iam dudum. Hoc etiā lōgius, per Nuper et Pridem.  
Longissimū, per olim et quondam. Fūrū tēporis hi  
sunt ordinēs. Mox aderit. Iam ueniet. Protinus, conti-  
nuo, illico, extēmpto, euestigio, tēpus significāt: et hēc  
cōtinentur in sequens, sed ferē respōdent ad præteri-  
tū. Ut literis tuis lectis extēmpto domū me cōtuli. Ac-  
cepto hoc nuncio euestigio me domum conieci. Olim  
respondet ad utrumq; tempus, præteritū, et futurum.  
Olim floruerunt Græci. Forsan et hēc olim meminiſ-  
ſe iuuabit. Proximus item ad utrumq; tēpus resertur.  
Proximo anno strenue ſe geſſit. In proximum annum  
ſummas copias parat. Proximis his diebus. Froximo  
mense. Proximo partu. Proximo bello. Nouissimus p-  
eo quod est nuperrimus, præteritū duntaxat respicit.  
Superiore anno. Superiore mense. Superiore bello.  
Superioribus diebus, dicimus de re nuper, aut proxi-  
me acta. Item paucis his diebus, et ante pauculos dies  
Paucis ante diebus. Paucis post diebus. Post pauculos  
dies. Aliquāto ante, aliquāto post. Paulo, multo. ante  
et post. Dein, deinde, deinceps, exinde. Sub hēc utri-  
usque temporis rationem obtinet, idest paulo ante aut  
paulo post. Certi temporis significationē hec habent.  
Hodie, heri, nudius tertius, nudius quartus. Quinto, se-  
xto, septimo, octauo ab hinc die. Hodie, cras, perhen-  
die, perhendino die. Quarto ab hinc die, quinto, sexto  
et c. Porro uerbū additū, tēporis discriminē facit. Se-  
ptimo ab hinc die mecum cœnabat. Septimo ab hinc die  
iſſic

## LIBER PRIMVS. 67

istic me uidebis. Hec & aliter efferimus. Septimus hic dies est, quod mecum coenauit. Annus est, quod nullas a te literas accepi. Multum temporis est, quod nos non uisisti. Diu est quod nos non uisisti. Seculum exisse mihi uidetur, ex quo nullas abs te literas accipio.

Annumerandi. Ca. CLI.

In Deos relatus. In numerū Deorum relatus est. Horat. Inter quos referendus erit. Ascribe me in numerum tuorum. Adscribe me tuis amicis. Adscribito me inter amicos tuos. Veteribus annumerandus. Inter summos annumerādus. Inter primos recensendus. pondendus, collocandus. Recipe me in tuum gregem. Multos obscuros legit in senatum. Cur hunc hominem ascivis in uestrum contubernium? Coptatus in collegiū augurū. Ascitus, Additus ordini senatorio, Accersitus seu ascitus in militum numerum. Suetonius, Ut ciuitate donatum, in Decurias adlegeret.

Initij ac finis. Ca. CLII.

In ipsis uitæ primordijs. In ipsis uitæ rudimentris. In primis literarū elementis. In capite tuarū literarū. In prima statim fronte. In ipso uitæ lumine. In ipso quasi uestibulo uitæ. In exortu. In exordio uitæ. In principio. In initio operis. In calce tuarum literarum. In extremitatis tuis literis. In postrema parte tuarum literarum. Nunc ad metam festinat oratio. In extremitate uitæ actu. In portu impingere. In porta cæterio. Ne in apījs quidē. In ipso operis ingressu. In ipsis uitæ foribus. Vitæ

DE COPIA VERE.

Ianua. Fauces inferorum.

Maior opinione. Ca. CLIII.

Maiora fide. Maiora quā mut uera credi queant.  
Minore opinione doctrina. Minor doctrina, q̄  
pro hominum opinione. Citius spe aderat. Celerius ex  
pectatione redibat. Citius ac sperabatur. Ante expe  
ctatū redibat. Par famæ doctrina. Nō minor doctrina,  
quā fama celebretur. Suprà fidem omnia, id est ma  
iora fide. Maiora ueris renunciabant. Minor a. Inferi  
ora ueris predicabat. Infrà uerū erant quæ nūciabat.  
Minor consulari dignitate cognitio. Minus est, quām  
ut à consule cognoscatur. Maior consulis dignitas, q̄  
ut hāc caussam cognoscat. Tua uirtus maior est omni  
præconio. Vincit omnem laudem tua uirtus.

Contingendi. Ca. CLIII.

Hoccine tantum malum mihi de repente obieclū  
esse. Ingēs obuenit hereditas. Obigit uxor qua  
lem uolebam. Non cuiuis homini contingit adire Co  
rinthum. Naclus es uxorem te dignam. Felicissimū in  
genium sortitus es. Similes habent labra lactucas. Ha  
bet quod amet. Is nunc reperit. Merito nobis accidit,  
ut mali uide amur, dum nimiū stude mus uideri bonos.  
Nō omnibus datum, ut impune quæ libeat dicant. Nō  
quibuslibet licet quæ libeat facere. Mihi usu uenit, si  
ue uetus uenit, ut cum intractabili mōstro cōflictarer.

F I N I S.

# DE RERVM

Copia Cōmentarius Secundus. Et mox de  
prima locupletandiratione.



Oste aquam de uerborū Copia,  
quæ ueniebant in mentē qua po-  
tuimus, breuitate diximus: reli-  
quum est, ut simili cōpendio de  
Rerū copia perstringamus. At-  
q; ut hāc operis partē exordia-  
mūr ab his, quæ supiori generi  
sunt q̄ maxime finitura: Prima locupletādæ sententiæ ra-  
tio uidetur. Si qd̄ sumatim ac generatim dici poterat,  
id latius explicetur, atq; in partes diducatur. Quod  
quidē perinde est, ac si quis primū mercem per trāsen-  
nam ostendat: deinde cādem euoluat, aperiātq; ac to-  
tam oculis exponat. Huius rationis id erit exemplū.

R E M uniuersam luxu perdidit. Eam senten-  
tiā in summa cōprehensam. quasiq; cōuolutā hūc ad  
modū licebit euoluere. Si plurimas posseßionum for-  
mas enumeremus, sic q; uarias perdendæ rei uias ex-  
pliauerimus. Quicquid uel matris uel patris nomine  
hāreditate, Quicquid aliorū affiniū morte obuenerat  
Quicquid ex uxoris dote, quæ quidē neutiū erat uul-  
garis, accesserat. Quicqd ex legatis accreuerat (ac-  
creuerat autē permultū) Quicquid ex principis acce-  
perat liberalitate. Quicquid peculij castrensis confla-

## DE COPIA RERVM.

uerat. per cuniam omnē, uasa, uestes, fundos, agros, unde  
cū ipsis et uillis & pecoribus. Breuer rem omnē seu  
mobile, seu soli. Deniq; familiā etiam ipsam, in sedissi-  
mis scortoruī amoribus, quouianis cōmēssationibus,  
sumptuosis obsonationibus, nocturnis perpotatiōibus.  
popinis, cupedijs, unguentis, alea, lusibus, paucis die-  
bus ita absump̄it, abliguriuit, absorbuit, ut ne terūtū  
quidem sibi reliquū fecerit. Hic duo illa uerba. Rē uni-  
uersam, & luxu p̄didit, suis partibus explicātur.

Adiūcitemus & alterū. Cyclopædiā absoluit.

In genere dictū est. Id ita poteris explicare. Si singu-  
las disciplinas, omnē doctrinæ s̄cē singulatim recē-  
seas. Nullū omnino doctrinæ genus est, in quo nō sit ex-  
quisite uersatus. Nulla disciplina, quā ille nō ad unguē  
perdidicerit. Et ita perdidicerit, ut in una qualibet so-  
la laborasse uideatur. Adeo mire poētarū omnium oēs  
fabulas tenet. Adeo Rhetorum flosculis abūdat. Adeo  
grammaticorū laboriosos canones excussit. Dialecti-  
corum argutias calleit. Physices arcana peruestigauit  
Ultra mūdanæ sapientiæ ardua superauit. Theologo-  
rum abdita penetrauit. Matheuicas apodixes perce-  
ptas habet. Sic astrorū motus, sic numerorū propor-  
tiones, sic terrarū dimensiones, urbiū, montiū, fluminū,  
fontiū, siuis, nomina, interualla. Sic uocum concentus,  
et que discrimina. Adeo quicquid est historiarum tum  
ueterium, tum recentium meminit. Quicquid bonorum  
authorū, q̄e quid uel antiquitatis, uel nouitatis id omne te-  
net.

net. Adde his parē græcanicæ ac latinæ literaturæ lin-  
guæq; peritiā. Deniq; q̄cquid unq; eruditiois ab egre-  
gijs authorib; reptum ac traditū sūt, id uniuersū unus  
hic absolute perceptū, cognitūq; habet, ac meminit.

Item. Omnibus naturæ fortunæq; douibus p̄i ædi-  
tus, Hoc si cui libeat explicare, cōmemorabit singula  
corporis cōmoda. Deinde singulas ingenij aq; animi  
dotes. Postremo genus, opes, patriā, successus, & qc-  
quid à fortuna solet obuenire. Rursum Hippias omni-  
scius. Hoc si quis uelit dilatare, referat licebit oīa illa  
quaē in eius uiri descriptione recenset Apuleius in f. o-  
ridis, non sine uaria uerborum copia.

Extat huius r̄onis exēplū aptissimū apud Lucianū  
in Harmonide. Etenim cū potuisset summaū dicere,  
τὴν αὐλατικὴν ὅλην ἐκμεμάδικα maluit explicatis  
partibus copiam ostendere ad hunc modum.

Ἐδίδάξω με ἕδη ὀρμόσσομή πὲρ σὺλού ἐξ τὸ δικρι-  
τέες, Καὶ μπνῆμα ἐξ τὴν γλωσσίδα λεπτόν τι κοιτά-  
μελέτες. Ιδεὶ ἵστε οὐλαιρ τὸς δαντύλας ἐναφῶς  
ὑπὸ πυκνῆς τῆς ἀρσενικῆς σερφῆς, καὶ βούνεν ἐν ἔριθμῷ καὶ  
σύμφονα εἰναι τὰ μέλη πρόσες θρυχοφόρ. Καὶ φίλας  
μονίας ἐκάκης διαφυλάττειρ τὸν ἴδιον, τὸ φευρίτην  
ἐνθεορ, φίληδιός τὸ βακχικόρ. τῆς δωρίτην τὸ σεμ-  
νὸν, τῆς ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόρ. ταῦτα μοι οὖρ πάν  
τα ἐκμεμάδικα πάντα οὖτα.

## DE COPIA RERVM

In his nō ab re crediderim illud admonere simul & in initio proponi summā rerū, & eādem alia sermonis specie repeti, & ita redeundū ad genus, quasi singulis enumerādis iam sis desatigatus, etiā si nihil erit præritū. Præterea cauendū, ne partīū ordinem cōfundamus, tamultuaria uerborū cōgerie, sursum ac deorsum miscētes omnia, ne molestā uocū turbā, nulla cōditam gratia cōglomeremus: sed uel ordine scito, uel apta distributione, uel elegāti descriptione, legētis aut audientis tādiū excludamus. Ad hāc formā pertinet & illud, quoties totū qd' nō formis, sed partibus constat, in eas diducitur. Ut totus monstrū est, hoc pacto dilatabitur. Si prius hominē in corpus atq; animū partiaris: deinde singulas corporis partes, singulas item animi partes attingas. Et animo & corpore monstrū est. Quacūq; uel animi uel corporis parte cōtemplaris, monstrū repēties. Oculos, os, uultū, totā deniq; corporis figuram inspice, quid aliud quām monstrū p̄f̄sc̄ serunt: lingua & uocē illā beluinā obserua portentū dices. Ingeniū excute, prodigiū inuenies. Mores expende, uitā scrutare: omnia monstrosa comperies. Et ne singula perse quar, quātus quātus est, nihil nisi monstrū est. Hic si q̄s uelut in singulis ueluti depingendis immorari, satis ap̄paret, quantū ubertatis sit accessurū orationi.

Item aliud. Totus cōmaduit.

A' summo capillo ad imum usq; calcaneū pluua commaduit Caput, humeri, peclus, uenter, tibiae totum deniq;

deniq; corpus pluia distillabat. Minutius quidē illud.  
 haud tamē indignū quod admonecatur, ad hanc formā  
 referri posse, quoties de specie loquētes, genus adiungi  
 mus, id qd' serē fit amplificandi gratia. Cū omnis eru  
 ditio plurimum adserit & ornamenti & adiumenti mor  
 talibus, tū præcipue philosophia. Itē omni quidē atta  
 tisœda est libido, uerū senectuti multo foedissima. Itē  
 cum omnibus in rebus plurimum habet momenti pru  
 dentia, tum præcipue in bellis. Simplex enim erat, pru  
 dentiā in bellis plurimū habere momenti. Huius gene  
 ris est illud Ciceronis in oratione pro domo sua, apud  
 pontifices, cū multa diuinitus pontifices à maioribus  
 nostris inuenta, atq; instituta sunt, tū nihil præclarior,  
 quam qd' uos eosdē et religionibus deorū immortalium  
 & summa Reipub. præesse uoluerunt. Quanquam  
 quid attinebat unum hoc reserre, cum huius formæ ex  
 empla nusquam nonsint obvia.

### Secunda uariandi ratio.

Huic admodum affinis est secunda uariandi ratio.  
 Quoties non cōtentī semel exitum rei proponere, ex  
 quo reliqua quæ præcesserunt, per se queant intelligi,  
 singulatim ea quoq; commemoramus, per que ad eū  
 exitum percutētum est. Huius præceptiōis hoc erit exē  
 plum. Cicero Catilinæ conatus oppressit. Id ita locu  
 pletabis. Catilinæ nefarios conatus. M. Tullius Cice  
 cōsul, sua sagacitiae statū odoratus est, singulari uigilātia  
 p̄uestigauit, summa prudētia deprehēdit, miro in Rēp.

studio

## DE COPIA RERVM.

stūdio prodidit, incredibili eloquentia cōuicit. gravissima auctoritate repressit, armis extinxit, magna felicitate sustulit.

Item aliud. ex ea uirgine filium sustulit. Hac ratiōe dilates licebit. Eam uirginem, quod esset singularifor ma, misere deperibat. Deinde amoris impatiēs, simplicē puerilē animū promissis solicitauit, muneribus corruptit, blāditijs deliniit, officijs in mutuū amorē pellit, improbitate uicit, deniq; cōsuetudinē cū ea habuit, ac deuirginauit. Aliquāto post tēpore uterus uirginis cœpit tumescere, sœtu uidelicet cōcepto. Demū exactis nouē mensibus, parturiit, ac puerum peperit.

Item aliud exemplū. Vrbē cepit, ita poterit ampliari. Princípio feciales rem repetitum missi, qui pacis etiā cōditiones offerrēt. Quas cū oppidani nō acciperent, copias undiq; cōparat, machinarū maximā uim cōportat, admoet exercitum unā cū machinis ad urbē moenia. Illi contrā è muris acriter hostem repellit. Tandem hic superior in congressu, cōscensis mōnibus, urbem inuadit, ac rerum potitur.

### Tertia ratio.

Ab hac rursum non ita uehementer abhorret teritia locupletandi sermonis ratio, quoties rē nō nudā expōnimus, sed altius etiā caussas repetimus, à quibus initijs sit profecta. Veluti si cui non satis sit dixisse, bellū intercessisse, Gallis cum Neapolitanis, uerum etiā addat quæ fuerint simultatis caussæ, quis instigator, quæ suscipiendi

L I B E R S E C V N D V S , 71

Suscipiēdi belli occasio, quæ uincēdi spes, quæ utrisq;  
fidutia. Hoc præcepū ut est dilucidius, quam ut egeat  
præceptione, ita difficile sit exemplū nisi plurimis uer  
bis proponere. Quare supersedeimus.

Quarta ratio.

Nec admodum discrepat ab his quarta locupletādi  
ratio, quoties nō simpliciter proponimus negocium,  
sed enumeramus etiam illa quæ negocium comitatur  
uel consequuntur. Quod genus sit. Bellū tibi acceptū  
feremus. Hoc pacto poteris ditare rem. Exhausiū in  
barbaros milites ærarium, fractā laboribus inuictutem  
proculatas segetes, abacta pecora, incensos passim  
uicos, ac uillas. Desertos agros, euersa mœnia, cōpi  
latas domos, direpta phana, tot orbos senes. tot or-  
phanos liberos, tot uiduas matronas, tot uirgines in-  
digne cōstupratas, tot adulescētiū licētia deprauatos  
mores, tantum funerū, tantū luctus, tantū lachryma-  
rūm. Præterea extinctas artes oppressas leges, oblite-  
ratam religionem, confusa diuina humanaq; omnia,  
corruptam ciuitatis disciplinam. Vniuersū inquā hoc  
malorum agmen, quod ex bello nascitur, tibi uni fe-  
remus acceptū, siquidem bellī fueris author.

Quinta ratio.

Quinta locupletandi ratio uidetur potissimum ad  
ἐνάργειαν, quā evidentiā uertutē pertinere. Ea utemur  
quoties uel amplificādi, uel ornādi, uel delectandi gra-  
tiarē nō simpliciter exponemus, sed ceu coloribus ex-  
pressā

## DE COPIA RERUM.

pressā in tabula spectandā proponemus. Ut nos depin-  
xisse, non narrasse, lector spectasse, nō legisse videa-  
tur. Id ita præstare poterimus, si prius ipsi totā rei na-  
turam, omnesq; circumstantias, ac ueluti faciem ani-  
mo luctremus. Deinde ita uerbis ac figuris idoneis ef-  
fingamus, ut quām maxime fiat euidentis perspicuaq; le-  
ctori. Hac uirtute præcellūt cū omnes poëte, tū præ-  
cipue Homerus quē admodum suis indicabimus locis.  
Constat autem præcipue descriptione rerum, tempo-  
rum, locorum, personarum.

### Descriptio rei.

Rei descriptione locupletabimus orationē, cū id  
quod sit aut factum est non sumatim, aut tenuiter ex-  
ponemus. sed omnibus fucatū coloribus ob oculos po-  
nemus, ut auditorem sive lectorē iam extrā se positiū,  
uelut in theatrum, auocet, quam ab effingenda rerū  
imagine. Greci uocant Hypotyposin. Etiā si uocabu-  
lum hoc cōmune est, quoties aliquid oculis subiicitur.  
Velut si quis expugnatā ciuitatē dicat, cuncta nimirū  
in summa complectitur, quæcunq; talis fortuna recipit.  
Vtar enim Quintilianī uerbis. At si aperies hæc quæ  
uerbo uno inclusa erāt, apparebūt effusæ per domos ac  
tēpla flāme, et ruentium teclorū fragor, et ex diuersis  
clamoribus unus quidā sonus. aliorū fuga incerta, atij  
in extremo cōplexu suorum cohæretes, et infantū, fœ-  
minarumq; ploratus, male usq; in illū diem, seruati fa-  
to senes. Tum illa prophanorum sacroruq; direptio,  
efferentium

fferentium prædas, repetentiumq; discursus, & ante  
suum quisq; prædonē catherati, & conata retinere in=  
fantem suum mater. Et sic ubi maius lucrū est, pugna  
inter uictores. Licet enim hæc oīa complectatur euer  
sio, minius est tamen totū dicere, quām omnia. Hacte=  
nus Fabius, Idem huius euīdētiæ citat exemplū hoc ex  
Cælio in Antonium. Namq; ipsum offendū temulēto  
sopore profligatū, totis præcordijs stertētem fructuo  
sos spiritus geminare, præclarasq; contubernales ab  
omnibus spōndis trāuersas incubare, & reliquas cir=  
cumiacere passim, que tamen exanimate terrore, ho  
stium aduentu percepto, excitare Antoniū conabam=  
tur, Nomē inclamabat, frustra ceruicibus tollebant,  
blādius alia ad aurē inuocabat. uehemētius etiā nōnul  
la feriebat. Quarū cū omnium uocem taclumq; nosci  
taret, proxime cuiusq; collum amplexu petebat, nec  
dormire excitatus, nec uigilare ebrius poterat, sed se=  
mi somno sopore inter manus Cēturiōnū, cōcubinarū  
q; iactabatur. Nihil inquit Fabius, his nec credibilius  
fingi, nec uehemētius exprobrari, nec manifestius ostē  
di potest. Resert idem descriptionē cōuiuij luxuriosi.  
Videbar inquit uidere alios intrātes, alios uero excun  
tes, quosdā ex uino uacillātes, quosdam hesterna pota  
tione os citātes. Humus erat immūda. Lutulēta uino,  
coronis languidulis, & spinis cooperta piscium. Sed  
huiusmodi exemplorum nusquam non magna copia.  
præsertim apud poētas, ut dictū est, et apud historicos  
poētis

## D E C O P I A R E R V M.

Poëtis proximo; Præcipue uero narratiōes nunciorū  
in Tragœdijs, quoniā uice sp̄e claculi subiiciuntur, hac  
uirtute abūdāt. M. quoq; Tullius mirus est in hoc gene  
re. Verū illud arbitror admōnendū, hoc genus descri  
ptiōes præcipue quidē cōstare circūstantiarū explicā  
tiōe, earū præcipue querem oculis maxime subiiciūt  
ac moratā redditū narrationē. Nō mediocriter tamen  
adiuuari collationibus, similibus, dissimilibus, imagi  
niōib; metaphoris, allegorijs: & si quae præterea sunt  
figure, quae rem illustrat. Quin epitheta quoq; in hūc  
usum plurimū ualent, Veluti cū dicimus aērios scopu  
los, turrigeras urbes, cæruleū aut uitreū mare, curuū  
aratorem, superciliosum philosophum, patulas fagos,  
atram specū. Et apud Homerū Δυσηχῆς πόλεμον. Neq;  
solū in descriptione cōpleteſſimur que præcessē  
rint, que adiuncta rei fuerint, que cōsecuta: uerū etiā  
ea que facta non sint, uel fieri potuisse, si hoc aut illud  
euenisset, uel fieri posse demonstramus. Veluti si quis  
dicat, Vide in qd' discrimē adduxisti Remp. qui temere  
cōgressus sis cū hoste. Etenim si forte fortuna superas  
sent hostes, hæc atq; hæc erāt euentura. Aut si quis mo  
narchiam diſſuideat, descriptiōe ob oculos ponat o  
mnem tyrānidis Tragœdiā, Iamq; auditores admone  
at, ut putent ſeſe hæc omnia uidere, que mox paſſuri  
ſint, si Democratiā mutarint in regnū: Porrò si res agi  
tur ſeria, tū eatenus adhibēdā ſunt ὑποτυπώσεις qua  
tentus ad cauſam cōducūt. Verū cum tota res ad uolu  
ptate

## LIBER SECUNDVS 73

platem spectat, quæ admodum in poëmatis sermè fit, et  
 à ποθείσαι, quæ exercendi, ostentatiūc ingenij caus-  
 fa tractatur, licebit effictionibus huius modi liberius la-  
 sciuire. Ad hāc formā p̄tinēt descriptiōes Homericæ,  
 quoties armat deos suos, aut heroas, quoties conuiuiū,  
 quoties præliū, quoties fagā, quoties cōciliū describit.  
 Quid enim iste nō exponit oculis, tū aptis circūstātijs.  
 Quæ tametsi nonnunq̄ minutæ uidentur, tamē nescio  
 quo pacto mirū in modū rem oculis subiectūt, tū epi-  
 thetis, tū adhibitis similibus. Præterea descriptiones  
 turbinū, tempestatū, ac naufragiorū. Quales sunt apd'  
 Homerum locis cōpluribus, apud Vergiliū lib. Aenei,  
 primo. apud Ouidium Metamor. xi. Item pestilentiae,  
 qualis est apud Maronē Georg. lib. iij. apud Nasone.  
 7. apud Senecā in Oedipo. Præterea famis cuiusmodi  
 est insignis in quadā Quintiliani declamatiōe. Itē pro-  
 digiorū, Solis eclipsiū, niq̄is, imbrīū, fulmiū, tonitraū,  
 terræ quāssationū, incendorū, inundationū. Quod ge-  
 nus apud Ouidiū diluuij Deucalionei descriptio. Item  
 seditionū, exercituū, præliorū, stragis, excidijs, direpti-  
 onum, monomachie, pugnæ naualis. Quilis est apud  
 Lucanū lib. iij. Epuli, conuiuiorū, nuptiarū, funerū, tri-  
 umphorum, ludorū, pomparū. Cuius generis est apud  
 Plutarchum in uita. M. Antonij, Cleopatre nauis. Sa-  
 crorum, ceremoniarū, incantationū ac maleficiorū.  
 Quilis est apud Lucanū in Sexto. Item apud Horatiū  
 in satyris, sub persona Priapi narrantis quæ uiderit,

K Venatio-

## DE COPIA RERVM.

Venationum. Eiusmodi extat Adriani Cardinalis. Item animantium, quod genus est torpedinis, & Hystericis descriptio, apud Claudianum. Apud eudem: & item apud Lactantium Phoenicis. Postea apud Ouidium in amori- bus: & apud Statium. Serpentium apud Lucanum in nono. Multorum piscium apud Oppianum. apud Plinius, cum innumerabilium animantium formae, naturae, mores, pugnae, concordiae: Tum praecipue culicis descriptio apud Maronem. Equi ac bouis expressio, apum mira repre- sentatio. Statuarum item, qualis est in epistolis Plinianis, significalis, Tabularum & imaginum. Qualis est apud Lucianum, Hercules Gallicus. Apud Philostratum: Varia picturarum argumenta, cuiusmodi sunt & argu- menta textorum & sculpturarum, aut similiū operum, quorū apud Poetas et historicos exempla sunt innume- ra. Qualis est clypeus Achillis ab Homero expressus. Aeneae à Marone. Ad hæc natus, uestis πανοπλίας, machinae, currus, Colosii, Pyramidis, aut siq[ue] est aliud rerum consimilium, quarum descriptio delectet. Evidem ad hoc genus referendū arbitror, quoties forma gen- tis, uiteque ritus explicantur. Velut si quis Schytarum, Antropophagorum, Indorum, Troglodytarum, aut similiū gentium, imaginem oculis exponat. Aut si uite militaris, philosophicæ, aulicæ, rusticane, priuatæ, regiae simula- chrum quoddam effingas. Verum ut ista probe expri- mas, non modo cōseruans & ingenium, uerum etiam oculis spectasse, quæ uelis effingere, plurimum refert. Sunt et fa bulosæ

fabulosæ rerum descriptiones, que tamen ad ueras ali-  
lidunt. Volut etatis aureæ, argenteæ, ferreæ. Qualis  
est & apud Cebetem humanae uitæ pictura. apud Lu-  
cianum Aulæ, calumniæ, eruditiois, aliæq; complures.  
Apud Homerum Osse, Ates, & Litarum. Apud Oni-  
dium famis, liuoris. Apud eūdem & item apud Maro-  
nem fame. Quod si quis malit hæc ad personæ descrip-  
tionem pertinere, de qua mox dicam, equidem non  
magnopere repugno.

### Personæ descriptio.

**H**is igitur est proxima personarū descriptio: quā προσωποποιίᾳ appellant, tam & si non nihil ab hac disidet, προσωπογραφία, uel hoc nomine qd' latius patet. Nam famis quoq; inuidiae, somni, de quibus modo diximus, προσωπογραφίας nō absurde dixeris. Proponitur enim cœu persona quedā. Cuiusmodi sunt & ille, uirtutis ac uoluptatis, quas Prodigus sophista apud Herculem inter se de certantes facit, ut autor est Xenophon. Item mortis ac uitæ, quas Ennius in Satyra cōtendentes inducit, teste Fabio. Item Calumniæ apud Lucianū. Occasionis apud Ausoniū. Fortune apud Horatiū in Odis, & Q. Curtium. Cupidinis apud Moschum. Penias & Pluti apud Aristophanem. Iustitiae apud Chrysippū, referente Gellio. Philosophie apud Boetium Seuerinum. Lanue apud Politianum. Item Musarum, Gratiarū, Furiarum, Bellonæ, Sphingis, Scyllæ, Charybdis, ac similiū apud Poëtas

## D E C O P I A R E R V M.

Sunt propiores uero sed tamē ad ostentationē accōmodatiōes. Cuiusmodi est Hippiæ descriptio apud Luclianū: & eiusdē apud Apuleiū in floridis. sed oratoriā magis cōueniūt illæ notatiōes. Sic enim appellāt quōties amātis, luxuriosi, auari, uoracis, temulentī, somnaculosi, garruli, gloriōsi, ostentatoris, inuidi, sycophante, parasiti, lenonisū personā depingimus. Huius generis extat exemplū in quarto rhetorices ad Herenniū. Ceterū ē comoedijs quantū libet exēplorū sumere licet. Nihil enim aliud agit comoedia. Depingitur autem ab omnibus circūstantijs, præcipue uero ab his. A' natione seu patria. si Poeni, Græci, Galli, Scythæ, Hyberni, Hispāni, Scotti, Britāni. formā, cultū, uocē, lingū, gestū. incessum, ritus, ingenīū, ac mores expreſſeris. Fungendus autē Poenus scđifragus, uafex, insolens, cultu ambitiōiore, atq; item de ceteris. Sunt & singularum ciuitatū peculiares notæ. Ut mollis Atheniensis & ad dicendū quād faciendū instruclior, Seueri Romani. Parci Florentini. A' sexu. Depingitur uir seuerior, mulier loquacior, incōstantior, superflitosior.

Ab ætate tales effingimus, quales Horatius ostēdit in arte poëtica.

A' fortuna. Faſtuosior inducitur diues. Humilior ac timidior pauper.

A' studijs fit gloriōsus, & facinorū suorū immodi-  
cus iactator miles, periurus leno, tristior rusticus, ad-  
ulantior aulicus, mitior urbanus. medicus ad quæſī p-  
pension-

pēior. Poëta nominis audior, fōtibus, nemoribus, ac  
 secessibus gaudēs, opum et honorū ciuilū cōtemptor.  
Sophista loquacior, q̄ sapientior. Neq; negligēdi com  
 munes affectus, quo sit anio pater in liberos, maritus  
 in uxore, cuius in patriā, principes in plebe, plebes in  
 patricios, ceteriq; quos diligentissime tradidit in rhe  
 toricis suis Aristoteles. Sunt autē peculiares etiā in sin  
 gulis horū differentiae. Neq; enim satis est tenere qd  
 seni, quid iuueni, quid seruo, quid, patrifamilias, quid  
 lenoni conueniat. Alioqui singuli horū semp̄ sui similes  
 inducerentur. At comici praeipue uarietatē in eiusdē  
 quoq; generis personis affectasse uidentur. Quid enī  
 dissimilius q̄ Demea ac Mitio apud Terentiū? Quorū  
 hic (cum etiā filium grauiſſime obiurgat) blandus est:  
 ille cum maxime blanditur amarulētus. Et tamē uter  
 q; senex, atq; adeo fratres. Quid diuersius q̄ Chremes  
 semp̄ placidus ac ciuilis. & Simo uehemens ac suspi  
 ciosus? Item quām Fāphilus cordatus, & Carinus in  
 ops animi cōſilijq;. Quid tam dissimile, q̄ Phaedria cū  
 morbo pugnās, & Cherea nihil habēs pensi? Multum  
 item interest inter Dauum pertinacissimū ſperandi au  
 torem, & Byrriam nihil præter desperationem adfe  
 rentem. Plurimū inter parasitū Gnatonem, & Phor  
 mionē, & ab utroq; lōge diſſident parasiti Plautini.  
 Quemadmodū & huius meretrices à Terētianis pla  
 rimū diſcrepan. Terentius meretrices propemodum  
 bonas fingit, ueluti Philotim & Bacchidem in Ecycla

## DE COPIA RERVM.

Plautus senes amantes ac festiuos, et uxoribus vetera  
torie imponentes: quanquam alias Euclitonem prodi-  
giose tenacem ac suspiciosum facit.

Quod si personam tractamus ab alio occupatam  
ab iis qui priores finixerint aut descripserint, decorū  
petendum est. Veluti si tractes Achillem acrem, inex-  
orabilem, simplicem, infensum regibus, infensum men-  
daciis, pedibus uelocem inducas oportet. Nam hu-  
iusmodi primus finxit Homerus. Rursum Ulyssem ua-  
frum, mendacem, dissimulanten, omnia tolerantem.  
Agamemnonem animo mitiore, sed imperij cupidum  
timentem populum, uoluptatis audiorem quam belli.  
Hectorem animo sublimi, mortis et auguriorū negli-  
gentem patriæ omnia post habentē. Aiacem factis ma-  
gis q̄ oratione strenuum, contumelie ac repulsa impa-  
tientem. In summa, ut cuiusq; personam finxit Homer-  
rus: ita Tragici poëtae inducāt oportet. Item si quis Iu-  
lium Cæarem, Fabiū aut Camillū, aut Timonem, So-  
cratem, Platonē, Epicurū cupiat effingere, ex historijs  
decorum petendū est. Quod exercitationis genus pla-  
cuisse uidetur iis, qui Menelai, Phœnicis, Achillis, Pha-  
laridis, Bruti, Senecæ, ac Pauli epistolas et orationes  
finixerunt. Idem spectandū erit scribenti dialogos, qui=  
bus personis quem tribuat sermonem. Cæterum deco-  
rum, quod est in fictis personis. Veluti si philosophia  
ducas uultu cōstanti et autoritatis pleno, Musas sim-  
plices ac blandiores, Gratias iunctias ac zonis solutis.

Iustitiam

## LIBER SECUNDVS 75

Iustitiā rectis atq; immotis luminibus, ceteraq; huius generis. Id à rerū natura, ad quas alluditur, oportebit sumere. Est quoq; decorū in Apologis, qd' nemore clē tuebitur, nisi naturas animatiū cognitas atq; animaduersas habeat. Ut sciat docile ac religiosum elephantu. Delphinū Crocodilo inimicū, homines amantem. Aquilā in sublimi nidū ponere, Scarabeū stercora ex more protrudere. Nec uideri tēporibus qbus incubat Aquile. Cassitā in segetibus oua ponere. Atq; hæc quidem hisq; recōditiona facile petūtur ex Aristotele, Plinio, Aeliano. Tractatur & hoc genus etiā ab oratoribus. Porrò duriores sunt apologi, q rebus inanimis, ut arboribus aut saxis sermonē attribuunt: Sed oratorum magis pectiliares sūt ille προσώπου χαρφίαι, quoties suis cœu coloribus certa hoīs psona depingitur: idq; cœtenus, quatenus ad rē propositā attinet. Quē admodū apud Salustiū Catilina, apud Luiū Annibal, apud Pliniū Traianus. Rarius enī incidūt ille formarū effigio-nes. Quod genus sit. Si q̄s mulierē formosam omnibus sermē numeris exprimat, aut cōtrā de formem anum. Quē admodū Thersiten effinxit Homerus, & Græco-ru multos proceres ē mœnibus Helena Priamo scis- tanti indicat: et hūc imitatus Maro in sexto cōplureis Romanos describit. Ad hāc formā præcipue pertinet schema διαλογισμός. i. sermocinatio, quoties unicui q; sermonē accommodamus, & tali, generi, patriæ, uitæ

## DE COPIA RERVM.

instituto. animo, moribusq; cōgruentē. Nam huiusmodi sermones in historia licet effingere. Vnde tot Thucydides, Salustij, Liuij, orationes effinguntur & epistole & apophthegmata. Demum & cogitationes, uelut hominis secum loquentis, quanquā hoc poëtis familiaris. illæ proprie προσωπονοιας nomen meretur, quoties personā hominis procul absentis, aut iam olim defuncti, loquentem facimus, seruato decoro. Quod genus sit. Quid si nunc reuiniscant prisci illi huius urbis opūtates, uiderentq; temporum horum mores, nōnne in has uoces erumperent? Deinde subiecta oratio. Quid si nunc adesset proauus ille tuus, nōnne merito his te uerbis obiurgaret? Quid si redeat in hanc lucē Camillus, nōnne iure his uerbis nobiscū agat? Et iā mihi uideor audire illum mecum loquentē. Et singite Plato nem ipsuni ad hunc modū uobiscū expostulantē, Vere cundiores sunt huiusmodi prosopopœiae, cum ea loquentes singimus, quæ uerisimile sūt eos esse dicturos, si adessent. Duriores autem, sed tamen etiam in serijs orationibus, necdum in exercitationibus, adhibēdæ, si quādo rerū grauitas postulabit, quoties naturā, aut remp. aut prouinciā, aut patriā loquentē facimus. Ut in Catilinam fecit Cicero. Quæ tecum Catilina et quodāmodo tacita loquitur. Rursum. Etenim si patria quæ multa multo est charior, si cuncta Italia, si omnis Res publica sic loquatur. M. Tulli quid agis? Et Socrates apud Platonem in Critone leges secum disputat̄tes inducit

ducit. Huius generis est, quoties Dijs ipsis, aut locis, aut alijs mutis rebus orationem accommodamus. At eae quæ proprie προσωπογραφίαι uocantur, meta-  
phoris, similibus, & collationibus fiunt illustiores.  
Cuius generis apud poëtas magna uis est.

Loci descriptio.

Locupletatur oratio locorū quoq; descriptiōibus,  
Quas graci τοπογραφίαι appellant. Ab his frequen-  
ter narrationū sumitur exordium. nō à poëtis modo,  
uerum etiam ab historicis, & apud oratores nonnunq  
incident. Huius generis est quoties tota loci facies, ue-  
luti spectāda depingitur. Ut urbis, montis, regionis, flu-  
minis, portus, villæ, hortorū, amphitheatri, fontis, spe-  
cūs, templi, luci. Quæ si ueræ sint, τοπογραφίæ ap-  
pellari uolunt. Sin fictæ, τοποθεσίæ. Prioris formæ  
sunt, Carthaginis & portus apud Maronē descriptio,  
apud Plin. in epist. Laurentis villæ. apud Statiū Sur-  
rentinū Pollij. & Tiburtinū Manlij. Posterioris, sedes  
somni apud Ouidiū, Domus famæ et regia Solis, apd'  
eundem inferorum & Caci domus, apud Vergilium.  
Tenari apud Statium. Domus apud Lucianū. Regia  
Psyches apud Apuleium. Ad prius genus rescrendum  
arbitror, Vesuuij montis incendiū, à Plinto minore de-  
scriptum. Aetnæ ardentis, apud Claudiantum. Tum si  
quis Nilum, aut antrū Sibylle, arcus atq; id genus alia  
descriperit. Quæ quo sunt magis noua, hoc plus ad-  
serunt uoluptatis, & diutius licebit immorari, modo

DE COPIA RERUM  
non omnino sint aliena.

Temporis descriptio.

Porrō tēporis descriptionem Χρονογραφίā ap=pellant. Vnde non raro narrationis sumitur initium: Nonnunquam delectandi duntaxat gratia adhibetur. Veluti quoties Poëtæ dicunt, noctem, aurorā, aut crepusculum exprimunt. Quanquam ne hęc quidem omni= no ociose debent adhiberi. Quod genus est illa Vergiliana: Nox erat & placidum carpebant fessa soporem. Corpora, per terras sylvasq; & saeva quierat Aequo=ra, cum medio uoluuntur sydera lapsu. Cum tacet o=mnis ager, pecudes, pictaeq; uolucres. Quaeq; lacus la=te liquidos, quaeq; aspera dumis Rura tenent, somno posita sub nocte silenti. Lenibant curas, & corda ob=litia laborum. Pertinet enim hęc descriptio nocturnę quietis, ad amplificandum Didonis dolorem, qui ne tū quidem conquescebat, cū omnia cetera quietem age=rent. Nam mox sequitur. At non infelix animum Phœ=nissa nec unquam soluitur in somnos. Veris, hyemis, au=tumni, & statis, undemīae, iusticij, saturnaliū descripti=ones, ad hoc genus pertinent, quae sēpē numero ualent & ad probationem: Mixtae sunt illae, quoties tempo=rum qualitatem exponimus: puta pacis, belli, sedicio=rum, factionum, monarchiae, democratiæ. Simul cum ostendimus, quae virtutes, aut quae uitia tum maxime ua=luerint. Hęc quidem singillatim tractare cōueniet nō= nunquam exercendi ingenij gratia. Verum absoluta descriptio

descriptio ex his omnibus constat. Nam Horatius in ea  
quam modo citauit satyra, primum locum exquiliarum  
describit, deinde tempus: præterea Priapi ac malefica  
rum personas, postremo et sacrificium, & sugamiter=  
ritarum mire exprimit.

Egressio, Sexta locupletandi ratio.

Superioribus affinis sexta locupletandi ratio, quam  
Græci πρόβασιν, latini partim egressionem, alijs dia=   
gressionem, nonnulli excusum appellant. Ea est, defi=   
nitore Quintilianu, alicuius rei, sed ad utilitatē causā  
pertinentis, extra ordinem excurrens tractatio. Adhi=   
betur autem uel laudandi gratia. Qualis est apud M.  
Tulliū pro L. Cornelio, popularis illa uirtutum Cn. Pō  
pei commemoratio, in quam ille diuinus orator (nam  
Fabij uerbis utar) ueluti nomine ipso ducis, cursus dī=   
cendit teneretur, abrupto quem inchoauerat sermone,  
diuertit. Aut uiti perandi, aut ornandi, aut delectandi,  
aut præparandi. Sumuntur autem ex iisdem sermē lo=   
cis, quos modo retulimus. Ab expositione rerū gesta=   
rum. A descriptione locorum, apologorū. Præterea à  
locis cōmuni bus, quoties amplificandae rei gratia, in  
gloriam, in luxuriam, libidinē, avariciam, turpē amo=   
rem, tyrannidem, iram, ac reliqua uitia dicimus. Atq;  
his, causa uelut aliquantis per omissa, diutius immora=   
mur. Aut cōtra, quoties frugalitatem, liberalitatē, con=   
tinentiam, studia literarū, pietatem, taciturnitatem, lau=   
dibus efferimus. Hi tantiū momenti habent ad copiose  
dicendum,

## DE COPIA RERVM.

dicendū ut clari aliquot authores eos ex professo tra-  
etauerint. Sunt et illi loci cōmunes his non dis̄imiles,  
quoties libertatis commoda ponimus ante oculos, con-  
trā seruitutis incommoda. Mutabilitē fortunae, mor-  
tis, æquam omnibus necessitatem, quantū ualeat pecu-  
nia in rebus mortalium, uitæ humanæ breuitatē, atq;  
id genus innumera describimus.

Porrò lōgius immorari licebit excursibus, uel in  
initio dictionis. Qualis illa Herculis Gallici, et Lamī  
arū descriptio. Vel in fine, quo iā fessus recrēetur au-  
ditor. Quēadmodum in Georg. ferē facit Vergi. In  
medio, si quādo digredi licebit, celerius cōredeundū,  
unde digressus sis. nisi pars caussæ iā absoluta digres-  
sionis anſam præbebit. Veluti post narratā cauſsam,  
quo ad secuturam argumētationem auditor reddatur  
alacrior. Aut post probationem, siue omnino post lo-  
cos in amoeniores, quo tedium subtilitatis discutiatur.  
Aut nif̄ res ipsa locos huiusmodi suapte spōte offerat,  
qui inuitent ad diutius immorandum.

### Septima ratio.

Septima locupletandi ratio sumitur. ab Epithetis. Dio-  
medes Epitheton, facit speciem Antonomasiæ, finitq;  
hūc in modū. Epitheton est præposita distinc̄io p̄prio  
nomini aut ornandi, aut deſtruēdi, aut indicādi cauſsa.  
Ornādi, ut diua Camilla. Deſtruēdi, ut scelerumq; in-  
uentor Vlyſſes. Indicandi, ut Larissæus Achilles. Su-  
muntur epitheta ab animo, ut Plato Philosophorum  
sapien-

sapientissimus. A corpore. Thersytes Græcorū omnū deformatissimus. A bonis externis, neq; id simpliciter, numerū ab omnibus partibus honorū, quæ proficiuntur à fortuna. A genere, ut Mœcenas generosissimus. Ab opibus. Crœsus regū opulētissimus A forma. Nireus formosissimus. A uiribus. Milo athleta fortissimus. A patria. Vlysses Ithacensis. Ab actu. Mōstrorum ditor Hercules. Ab euentu. Bis capti Phryges. In summa, ab omnibus fortunæ comodis, aut incommodis. Neq; resert an hæc epitheta sint adiecliua nomina nec ne, modo quoquæ pacto, prieras quædā attribuatur, non personis, tantū, uerumetiā rebus. Ut præceps iuuentia, præceps et amēs consultor amor, esca malorū uoluptas, morosa ac difficilis senecta, uitiorū expultrix philosophia, humanae uitæ speculū cōmœdia, uitæ magistra història. In poëmatiis licebit naturalibus epithetis uti, ut Cādida nix, liquidi sōtes, frigida nox, uolubilis amnis, aureus Sol. In oratione prosa non oportebit adhiberi, nisi emphasi quādā habeat, et ad rē propositā pertineat. Ut nō impetrabis caussā tam iniqua ab Aristide iustissimo. Et corām Catone seuerissimo morum cēsore audes agere floralia? Id potissimum fiet in citationibus exemplorū, aut sententiarum. Ariſtar̄chus eruditissimus, & idem diligentissimus.

## Octaua ratio.

Octaua dilatādi ratio sumitur à circūstantijs, quas græci negligētis hocat. Ex partim sūt rerū, ut caussa, locus,

## DE V C O P I A R E R V M.

locus, occasio, instrumentū, tēpus, modus atq; id ge-  
nus alie. Partim psonarū, ut natio, patria, sexus, aetas,  
educatio, & disciplina, habitus corporis, fortuna, cō-  
ditio, animi natura, studiū, anteacta, cōmotio, cōsiliū,  
nomen. Cōducit aut̄ ad multa circūstantiarū aptus ac  
tēpestiuus usus. Primū ad amplificandū atq; extenuā-  
dum, de quo mox paucis dicturi sumus. Deinde ad eui-  
dentia, de qua paulo ante diximus. Præterea ad cōfir-  
mationē et probabilitatē. Facit enim ut tota oratio dē-  
sis ac crebris argumētis undiq; differta sit et cōmuни-  
ta, Que tametsi nō explices, quasiq; in aciē ducas. ta-  
men pugnat per se se causāq; nō mediocriter adiuat.  
Ut quemadmodū, licet aliud agentē, tamen, agnosce-  
re liceat, palestīce aut musicā peritum, Ita ubi uis ex  
huiusmodi circūstatijs cōmode suo loco admixtis, rhe-  
torem intelligere possis. Quod quoniam per omnem  
orationē susum est, exemplo breui ostendi nō potest.

Nona dilatandi ratio.

Nona dilatandi ratio cōstat amplificatione. Eius  
cōplures formae referuntur à Fabio, Nos eas breuiiter  
attingemus, quæ ad præsens pertineat institutū. Prima  
amplificādi ratio cōstat incremēto. Quoties gradibus  
aliquod puenitur, nō modo ad summū, sed interi quodā  
modo suprà summū. Huius exemplū est apud M. Tul-  
liū in quinta in Verrē actiōe. Facinus est uincire ciuē  
Romanū, scelus uerberare, parricidiū necare. Quid  
dicā in crucē tollere; Verbo satis digno tā nefaria res  
appel-

appellari nullo modo potest. Ad hoc genus pertinet et il-  
lud, cum cōgestis ordine quodā circūstatijs in cōtextu,  
et cursu semp̄ aliqd priore maius insequitur. Huius ex-  
emplū est in secūda Ciceronis Philippica de uomitu An-  
tonij. O rem nō uisu modo sordā, sed etiā auditu. Si in-  
ter coenā in tuis immanibus illis poculis, hoc tibi acci-  
disset, quis nō turpe duceret? In cōetu uero populi Ro-  
mani negotiū publicū gerens. Magister equitū, cui ru-  
ctare turpe esset, is frustis, esculentis, uinū redolētibus,  
gremiū suū et totū tribunal ipleuit. Hic singulæ uoces  
incrementū habet. Etenim per se deformē fuerat, uel  
nō in cōetu uomere: in cōetu etiā nō populi, etiam non  
Romani. uel si nullū negotiū gereret, uel si non publi-  
cū, uel si nō magister equitū. Hęc si q̄s diuidat, ac circa  
singulos gradus immoretur, augebit quidē orationis  
copiā, tamē minus efficaciter amplificabit. Huic cōtra-  
ria est cōparatio. Nā ut incremento ad supiora tendi-  
tur: ita cōparatio à minoribus incrementū petit. Fit autē  
cōparatiōe uel fictiōe, uel exēpli collatiōe. Fictiōe quā  
ut wōθrō ip̄ uocat, ut i prima parte exēpli, qđ modo re-  
tulimus ex Cicerone. Eiusdē est illud in Catilinā. Serui  
me hercle mei, si me isto pacto metuerēt, ut te metuūt  
oēs tui, domū meā relinquendā putarē. Collatiōe ex-  
empli, quoties pposuo uelut simili exēplo efficiamus, ut  
id qđ exaggeramus, aut proximū illi, aut par, aut ma-  
ius etiā uideatur. Velut Cicero pro Cluentio cū expo-  
suisset Mileſiā quandā à secundis h̄eredibus pro abor-

tu pecu-

## DE COPIA RERVM.

tu pecuniā accepisse. Quanto est inquit, Opianicus in eadē iniuria, maiore supplicio dignus. Siquidē illa cū suo corpori uim attulisset, seipsam cruciavit. Hic autē idē illud effecit per alieni corporis cruciatū. In hoc genere nō solū tota totis, sed etiā partes partibus comparantur, sicut hoc loco. An uero uir amplissimus Scipio Tyberiū Gracchū mediocriter labefactantē Rempu priuatus interfecit. Catilinā orbē terrae cede atq; incendio uastare cupientē, nos cōsules perferemus. Hic & Catilina Graccho, & status Reip. orbi terrarū, & mediocris labefactatio cēdi & incēdijs et uastationi, & priuatus cōsulibus cōparatur. Quæsi quis dilatare uelit, plenos per singula locos habeat. Amplificamus et ratiocinatiōe, cū aliud crescit, et aliud augetur, hoc modo. Tu iſlis fauibus, iſlis lateribus, iſta gladiatoria totius corporis firmūtate tantū uini in Hippiæ nuptijs exhauferas, ut tibi neceſſe esſet in populi Romani cōspectu uomere poſtridie. Colligitur enim quantū uini biberit Antonius, qd' illa totius corporis gladiatoria firmitas nō quiuerit ferre & cōcoquere. Ad hāc formā referendū eſt quoties res atrocissimas, quas q; in summā ipſi extulimus inuidiā, eleuamus cōſulto, quo grauior a uideātur, que ſeculurā ſūt. Quod genus eſt illud Cicerois. Leuia ſūt hēc in hoc reo. Metū uirgarū Na uarchus nobilissime ciuitatis pretio redemit, Humanū eſt. Atrocissimū quiddā expectetur neceſſe eſt, cui hēc quæ ſunt atrocia comparata, humana, atq; uſitata uideantur.

deatur. Amplificamus et cōgerie uerborū, ac sentētia  
 rū idē significantū: quae ratio finitima est figuræ oīv=  
 algoīgū, de qua prius dictū est. Utitur hac M. Tul  
 lius in actione pro Ligario. Quid enim tuus ille Tube  
 ro districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Cuius  
 latus ille mucro petebat, qui sensus erat armorū tuo=  
 rū: quæ tua mens: oculi, manus, ardor animi: Quid cu  
 piebas? quid optabas? Hic uelut aceruo creuit oratio.  
 Idem fit interim omnibus altius atq; altius insurgēti=  
 bus. Ut in hoc exēplo. Aderat ianitor carceris, carni=  
 sex prætoris, mors terrorq; sociorū, et ciuiū Romæ=  
 norū lictor Sextius. Amplificamus etiā quasi correclio  
 ne quadā, ut Cicero in Verrem. Nō enim furem, sed ra  
 ptore. nō adulterū, sed expugnatorē pudicitie. non sa  
 crilegū, sed hostem sacrorū, religionumq; non sicariū,  
 sed crudiłissimū carnificem ciuium sociorumq; in ue=  
 strum iudiciū adduximus. Totidem autē sunt minuendi  
 modi, quot sunt amplificādi. Pertinent ad orationis ca  
 piā, et illi uulgares amplificādi modi: cū uel aduer  
 bijs, uel nominib; uel alijs partibus appositis amplifi  
 camus, uel in laudē, uel in uituperiū. Maiorem in mo  
 dū me Cicero delectat. Dici nō potest quam tibi faue=  
 at socer. Verbis cōsequi nequeam q; me delectet Cicce  
 ro. Verū de his augendi rationibus superius diximus.

Notus et usitatus est et ille modus amplificādi, cum  
 speciem augēmus generi collatā. Ut cum oēs discipli  
 nae liberales plurimū homini cōciliant uel ornamenti,

DE COPIA RERUM.  
uel commodi: tum in primis eloquentia. Quanq; hanc  
quoq; rationem superius attigimus.

Decima dilatandi ratio.

Decima dilatandi ratio inde sumitur, ut q; maximū  
propositionū numerū reperiamus. Est autē proposi-  
tior rhetorica, cui probādæ adhibentur argumēta. Por-  
rò quemadmodū inuenienda sit propositio, Fabius ne-  
gat arte cōprehendi posse: ceterū ingenio atq; usū cō-  
stat ea facultas. Atq; inde fit, ut cū plures eadem didice-  
rint, generibus argumentorū similibus utatur: alius ta-  
men alio plura qbus utatur inueniat. Sumūtur autē pro-  
positiones partim ex his quae sunt uulgaria, partim ex  
his que sunt propria causæ. Exemplū sit hoc, qd' pla-  
cuit Quintiliano. cū Thebas euertisset Alexāder, inue-  
nit tabulas, qbus centū talenta mutuo Thessalis dedit  
se Thebanos cōtinebatur. Eas tabulas, quod esset usus  
cōmilitio Thessalorū, donauit his ultrō. Postea restitu-  
ti à Cassandro reposcūt Thebani Thessalos. Res apud  
Amphyctyonas agitur. Centū talenta & credidisse eos  
cōstat, & nō recipisse. Lis omnis ex eo, qd' eas Alexā-  
der Thessalis donasse dicitur, pendet. Cōstat & illud  
nō esse ijs ab Alexādro datam pecunia Thebanorū. In  
hoc igitur argumēto huiusmodi propositiones ac par-  
tes, ceu colūnæ reperiendæ sunt. Prima pars erit, Ale-  
xandrum nihil egisse donādo. Secūda, nō potuisse do-  
nare. Tertia, nō donasse. Ac primæ quidem partis, pri-  
ma erit ppositio pro Thebanis, iure repeti licere qd'  
ui sit

ui sit ablatū. Pro Thessalī hēc erit, tabulas nō simpli-  
citer ui qualibet, sed bello sublatas esse. Ius autē belli  
plurimū ualere in rebus humanis. Hoc regna, hoc po-  
pulos, hoc fines gētiū atq; urbiū cōtineri. Huic rursū  
aliā ppositionē opponūt Thebani. Nō oīa in uictoris  
potestatē uenire iure belli, sed in his quae in iudiciū de-  
duci possūt, nihil ualere ius belli, nec armis crepta: nisi  
armis posse retineri. Itaq; ubi illa ualeat, nō esse iudicē  
Vbi iudex sit, nihil illa ualere. Atq; ea qdem ē caussæ  
circūstatijs sumitur, qbus ostēdi pōt qd hēc caussa di-  
stet à ceteris. Ad huius autē cōfirmationē sumitur à lo-  
cis exēplū simile: Ideo captiuos si in patriā suā redie-  
rint, liberos esse: q a bello parta, nō nisi eadē ui posse  
antur. Tertia pro Thebanis propositio, ducetur ex  
ipsa ex caussæ pprijs. In eo iuditio potissimū esse spe  
clandā aequitatē, in quo Amphictyones iudicēt. Aliam  
enī apud centūiros, aliā apud iudicē priuatū, in eisdē  
questiōibus esse rationē. Atq; hēc quoq; cōualent, ut  
apparet hēc caussam distare à ceteris, in quibus ius  
belli ualere debeat. Porro secundæ partis p Thebanis  
ppositio fuerit. Non potuit donari à uictore ius: pro-  
pterea qd id demū uictoris sit quod teneat: ius cū sit  
incorpore, apprehēdi manu nō posse. Rursum ad hū  
ius probationē adhibetur argumentū à dissimili. Aliā  
esse cōditionē hēredis, aliam uictoris. Ad illum ius, ad  
hūc rem transire. Iam ex caussæ proprijs altera sume-  
tur propositio, superiori ueluti subseruiens. Nempe

## DE COPIA RERVM.

hec, ut donemus ius aliâs ad uictorē trâſire: certe ius publici crediti, ad uictorem trâſire nullo modo potuit. Propterea si quid populus credidit, id omnibus debetur. Et quâdiu unus supersuerit, is sit totius summæ creditor. At Thebanos nō o s in Alexandri manu fuisse: Atq; h c quidem nō eget probati bus. Tertiæ partis uulgaris propositio erit huiusmodi. Non donauit Alexander cum tabulas donaret. neq; enim in tabulis esse ius. Ea ; propositio multis argumentis descendit potest. A  simili: Neq; enim quisquis hereditatis habet tabulas, idem hereditatis habet ius. Et si forte creditor tabulas amiserit, nō c tinuo liberatur debitor. Altera propositio c iecturalis est. Alexandr  non hoc animo donasse Thessalis tabulas, ut honoraret, sed ut deciperet. Ea ; uarijs c iecturis erit prob da. Tertia i  n o propriæ ad h c grad  attinet, sed est ueluti noue c touer si  initium. Sumitur aut  e  proprijs materie: Estq; hu iusmodi. Ut omnia donemus Thessalis, ius belli ualere in iudicijs, et apud hos iudices, et in publico credito atq; item de c teris: Tamen si quid amiserit Thebani ab Alexandro uicti, id à Cassandro restituti receperint oportet: maxime c  id uelit Cassander. It  si q  suadeat. M. Tullio, ne c dition  ab Antonio oblat  accipiat N pe ut uiuat exustis Philippicis, his serm e propositi onibus poterit uti. N  esse cuiquam egregio uiro tanti emendam uit  ut immortalem fam  amittat. Huic generali subseruict particularis, e  circumstantijs sumpta pr ser

præsertim Ciceroni, qui tot laboribus clarissimū, semperq; uiteturū nomē, sibi pepererit, ac mortē esse contēnendā tot præclaris uoluminibus æditis facudißime demonstrarit, maxime cū iam seni nō multū æui superesse videatur. Rursum altera sumetur à circūstantijs. Nihil infelicius esse q; debere uitā Antonio. Tertia cōiccluralis erit, Callide hoc agere Antonium, ut exuſtis prius Philippicis in qbus intelligat & suā infamia sem piternā, & Ciceronis immortalem gloriā esse sitam. Deinde crepta uita quoq; totū extinguat Ciceronem. Item si cui matrimoniū dissuadeas, his licebit uti. Prima fuerit, si pietatē sp̄ecies, matrimoniū est impedimentum properatibus ad Christū. Secunda, si uite iucunditatem, innumeratas curas secū adducit, & felix coniugii. Atq; hic protinus aperit se latissimus cāpus de comparatione cōmodorū cœlibatus & incōmodorū matrimoniij. Tertia si libertatē, quam multi & uite anteponunt, hanc in primis admittit cōiugij uinculū. Deinde ad particulares uenies: quæ possunt esse innumerabiles. ut nō hæc duceuda est, nō hoc tempore. Aut tibi nō est ducenta uxor, pauperi, seni, studioſo, ualetudinario. Crescit autem numerus propositionū etiā hoc pacto, quoties à fictione incipimus. Quemadmodū pro Milone Cicero. Fingite à Milone per insidias occisum Clodiū: tamē qui ciuem tā pestilentē pro salute Reip. periculo capitī sui suslulerit ē medio: summis etiā honoribus dignus videatur. Deinde ad seriam accedit, sed

## DE COPIA RERUM.

hō occidit, Crescit item quoties p̄parādi cauſſa du-  
riorem aliquā propositionē extrā rem posita p̄mit-  
timus, quo mollior uideatur ea, quam conamur euin-  
cere. Veluti si q̄s in cōſultatione persuadere cupiens:  
ne Romanus p̄tifex Venetos bello adoriatur. iuxta  
puerbiū, quo dicitur. Iniquū eſſe p̄tendū, ut aequū ſe-  
ras, ſic rem prius labefaclet. Sūt autores nequaq̄ con-  
temnendi, qui putent imperiū, ac prophana ditionem  
nequaq̄ cōuenire: neq; dignitati ſumū p̄tificis, neq;  
tranquillitati ecclſie, neq; Christianæ pietati: cui uni-  
rebus omnibus neglectis, ille debet cōſulere. Atq; hac  
propositio, ueluti obiter ex abundantि plurimus argu-  
mentis probari poterit. Deinde ad alterā descendet ad  
hunc modū. Hæc qdem atq; huiusmodi multa, alijs for-  
tasse diceret, uerū donemus cōuenire: tamē lōge ali-  
enum eſt à clementia Christi uicem gerentis, q̄ dixit:  
Discite à me, q̄a mitis ſum & humilis corde: huiusmo-  
di principatū armis, tumultu, cēde, ſanguine repetere.  
Post ad tertīā ueniet, cū maxime fas ſit: tamē parū eſt  
tutū, propterea qd' anceps euentus belli. Vnde pericu-  
lū ſit, ne dū tēporarijs ac fluxis rebus ecclſie ſatum  
reſtituere conatur, penitus ſubuertat: atq; id quoq; cō-  
plaribus exēplis, ac ſimilibus cōfirmari potest. Deinde  
digredietur ad tertīā hoc paſto ut deceat, ut liceat, ut  
uincas: tamen tanta malorum colluuiis etiam bellum  
iustissimū conſequitur, ut non tanti uel prophano prin-  
cipi, modo Christiano, debeat eſſe terras aut urbes ali-  
quot

quot ferro repetere: nedū ei quis sanctissimi titulu prae  
se fert. Posset adiungi & hæc propositio è circūstatijs  
personæ. Ut aliū pōtificem deceat: Iuliū tamē non de-  
cet. Si is sit Iulius, cuius mīte ingeniu, & singularis ui-  
tae sanctumonia, à bello uideatur abhorre. Quæ po-  
ste aquam argumentis probarit, tum ad id, de quo pro-  
prie consultatur, descendet hac ratione: ut nihil horū  
nos deterreat, quæ cōmemorauimus: tamē in præsen-  
tia bellū cum Venetis suscipere parū esse cōsultum ui-  
detur. Et hæc à circūstantijs sumitur. Atq; hanc pro-  
positionem rursum diuidit. Primum, quod sine summo  
rei Christianæ discrimine bellum id moueri non possit.  
Deinde quod sedes Romana, apud quā pie factis, sem-  
per summa fuerunt præmila, parū meminiſſe uidebitur  
officiorū, quæ sēpē numero ea gens summo cum uitæ  
discrimine in Christianā cōtulerit religionem. Postre-  
mo, quod ne cauſa quidem idonea est, cur etiā aduer-  
sus nihil promeritos, arma mouere oporteat. Nisi q̄s  
has non propositiones, sed rationes esse malit. Item si  
quis persuadere sludeat regi cuiquam, ne bellum susci-  
piat cū Christianissimo Gallorum rege, huiusmodi pro-  
positionibus munire uitam ad cauſam poterit. Primum  
bello cōflictari, nō esse hominis ad benevolentiam nati:  
sed brutorū animantiū, quibus natura arma quædā ad-  
didisse uidetur. Huic subseruiet altera propositio. Imo  
nec omniū animantiū, sed ferarum duntaxat. Rursus  
huic tertia subseruiet. Atq; adeo ne seræ quidē hoc pa-

## DE COPIA RERVM.

Elo inter se dimicat, quo mortales. Neq; n. tigridi cum  
tigride bellū est, neq; leoni cū leone. At h̄mo nō in ali  
ud animal aequē sc̄uit atq; in hominē. Tum ferē nō cer  
tant nisi aut tuēdi foetus caussa, aut famē in rabie aēle  
Hominem inanis ambitio, ac tituli, nescio qui, leues et  
afficti, ad tā sanguinolēta bella cōcitant. Huic iam suc  
cedet tertia, quasi nouus gradus. Vt hominū sit bellare  
certe barbarorū. ac feris nō admodū dissimiliū, nō co-  
rum qui legibus uiuunt. Adde quartā. Vt horum etiam  
sit, haud quaquā tamen Christianorū. Quandoquidem  
Christianā religio, nihil aliud est quām pax. Licebit ad  
ijsere quintā. Vt deceat, nō expedire tamē bellū susci-  
pere. quod omnibus pensatis, multo plus malorū est,  
quæ belli caussa suscipiūtur, quām bonorū quæ uictor  
etiam consequatur. Id iam cōtentione erit explicandū  
Sexta quoq; reperietur. Vt expeditat, nō tamen esse iu-  
tū, & ancipitē esse belli exitū. Neq; enīm semper uin-  
cere, quorū melior est caussa, aut qui superāt appara-  
tu, ipsas etiā copias in suū ducem nonnunquam arma  
uertere. Atq; h̄c quidē proposiōes generales sūt. Tū  
ad particulares uenire licebit, quæ sumētur à circum-  
stantijs. Vt omnia mittamus, tibi nō est belligerandum  
Atq; h̄c in multas diuidi potest. Vel quia puer es, &  
belli imperitus, uel quia nouus rex. Atq; itē de ceteris  
Nam exēplar rationū duntaxat ostendo. Rursum, non  
cum hoc rege bellandū, tam potente, tam de patre tuo  
benemerito, tot uinculis tibi adstricto, tam in teipsum  
etiam

etiam officioso. Aut nō hoc titulo, nō hoc tpe, non bis, præsidij. Ad eundē modū. Si quis suasurus alicubi, ne literis græcis det operā, primū hāc tentabit ppositionem. Aut nō magnopere ad Christianā felicitatē ul las literas ptinere, aut etiā officere eas. ubi probabilē effecerit argumentis. Tum ad rem ueniet hoc pacto. Ut demus esse cauſsam, cur literis ceteris operam de mus, certe a Græcis abstinendū, uel quod tantū habeant negocij, ut his perdiscēdis uita mortaliū alioqui fuga ac breuis, & imbecilla nō sufficiat. Vel si etas maxime sufficiat, nō tantū adferunt fructus, ut opere pre cium sit eas etiam mediocribus laboribus parare. Postremo Græciæ subuersæ & oppressæ fortunā comitari sato quodam eos quoq; qui literis hmōi sese dediderint. Aut si alijs discēdæ sunt, illi certe non esse discendas. Quæ iam ē circūstanijs sumitur cuiusmodi plures sumi possunt. In hmōi propositionibus, illud obser uandū arbitror, ut quoad fieri potest, ita disponatur ut à priore ad proximā quanq; quasi gradibus cōmode licet descendere. Qua quidē in re mirus est Lucianus, ut in Tyrānicida, quē nos latinū fecimus. Si tantū conatus esse m̄facinus tā egregium, cū tanto capitī di scrimine, iam præmio dignus eram. Deinde hinc dīgressus. Atqui nō tentaui solū, uerū filiū repulsis custodijs occidi, num præmiū serā? Hinc rursum discedens At patrē quoq; sustuli, data mortis occasiōe. Itē in Abdicato, quē ipsū quoq; latinū fecimus. Non licet abdi-

## DE COPIA RERVM

care: quē semel abdicatū, denuo in familiā receperis.  
Tū si maxime liceat, ob istā tamē caussam nō licet. Po-  
stremo si caussa maxime sit idonea: tamē ea est magni-  
tudo superioris beneficij: ut eius respectu negligenda  
sint delicta patri. Quod si turba propositionū nos of-  
fendet, tribus aut quatuor uniuersam caussam cōple-  
ctemur: ac deinde in tractādo unāquāq; si uidebitur,  
in alias propositiones digeremus. Sūmas illas nōnunq;  
in diuisiōe proponimus, nonnunq; in ipsa tractatione,  
ab alia ad aliā, ueluti gradibus quibusdā descēdimus.  
Aut si natura parū inter se cohærebūt ipsi commodis  
trānsitionibus in hoc repertis apte cōnectemus. Nā af-  
fectanti copiā, in primis illud erit spectandū, ut eas re-  
periāt propositiones, quae quicqd ad caussam pertīneat  
absolute cōpleteātur. Deinde ut rectē diuidātur. Postre-  
mo, ut ordine q̄ maxime ad caussam idoneo disponan-  
tur. Siqdem eo paclō fiet, ut neq; copia rēcū cōfusa sit  
oratio, dū semper habet auditor certū aliqd, et in qd'  
tendat animū, et quod memunisse posib, et qd' expe-  
ctet. Tū is qui dicit, nusquā hāreat, dū in promptu est  
quo sese recipiat in uiam. Sed propositionū inuenio-  
nē negat, ut dixi, Fabius arte tradi posse: cū ea tamē tū  
prior sit, tum difficilior. Verum adiuuabit principio,  
quod ubiq; ualeat plurimū, natura et ingenū. Deinde  
iuris prudentia: pr̄esertim in genere iudiciali. Philo-  
phiæ moralis, historiæ, et plurimorū autorum cogni-  
tio, in genere suasorio ac de mōstratiuo. Postremo re-

rum

L I B E R S E C V N D V S. 86  
rum plurimarū usus, exercitatio & imitatio. Nā ex si-  
milibus facile similia aut etiam diuersa colliguntur.

Quanquam ex ipsa rei natura uulgares propositiones  
reperiri poterunt proprie ex circūstantijs rei diligenter  
expensis. Porro genus suorum proprios habet lo-  
cos, unde propositiones petere liceat, Rectum, laudabile,  
utile, tutum, facile, necessarium, iucundum. Demon-  
stratiuum item suos habet: nempe honorū ordines, &  
quæ his comprehenduntur.

Vndecima ratio.

Vndecima locupletandi ratio sumitur ex accumula-  
tione copiosa probationū & argumentorū, quas Græ-  
ci πίστις appellat. Nam ad ciudem propositionis cō-  
firmationem uarie rationes adhibentur, & rationes  
alijs argumentis confirmantur. Probationes autē par-  
tim sunt ἐν τέχναι, idest artificiales. Partim ἀπό τέχναι,  
idest ab arte semoli. Posterioris generis argumenta,  
ducuntur potissimum à præiudicij, à rumoribus, à tor-  
mentis, à tabulis, à iure iurando, à testibus. Prioris ge-  
neris sumuntur primum ab his signis que finitima  
sunt ἀπό τέχναι, Horum alia sunt necessaria, que τεκ-  
nica vocantur. Alia non necessaria, que ἀπό τέχναι  
dicuntur. Deinde ab argumentis, nam hæc à signis dis-  
tinguit Fabius. Quorum aliud est credibile, aliud ue-  
luti propensius, aliud non repugnans. Ea plerumq;  
ducuntur à circūstantijs, quæ quidem duplices sunt.  
Personæ ac rei. Personæ sermè sunt huiusmodi. Ge-  
nus, natio,

## DE COPIA RERVM.

nus, natio, patria, sexus, ætas, educatio, habitus corporis, fortuna, cōditio, animi natura, studia, affectatio, antefacta, antedicta, cōmotio, cōsilium, nomē. Reisūt hēc caussa, locus tēpus, occasio, antecedētia rem, ad iuncta, cōsequentia, facultas, instrumentū, modus.

### Loci communes.

Sūt itē loci generibus caussarū omnibus cōmunes. Nam superiores etiā si tractantur & alibi, tamen ad iudiciales cōtrouersias, & in his quidē, cōiecturales, sunt accōmodatores. Dūcūtur aut̄ generaliter arguēmenta. A finitione, seu fine, Etymologia, quæ finitionis, c̄eū species quædā est, Ab his quæ ad naturā definiūtiōis, pertinēt, Genere, specie, ppri o, differētibus, partitiōe, diuisiōe. Cuius uariæ sūt formæ. Ab exordio, Sūma, et incremēto. Ab inductiōe similiū, dissimiliū. A contrarijs, repugnantibus, cōsequētibus. A Relatiūis. A caussis. Ab euētis, A cōparatiōe, quæ trifariā sumitur. A maiore. A minore. A pari. A iugatis. Et ab eo quæ rursū pluribus locis est cōmuniſ, fictiōe. A caußæ pprijs. Plurimū aut̄ ualeat ad probationē, atq; adeo ad copiā, exemplorū uis, quæ Græci ἡγαδείγματα, uocat. et adhibētur aut ut similia, aut dissimilia, aut cōtraria. Rursū aut ut maiora, aut ut minora, aut ut paria. Dissimilitudo et inæqualitas cōstat gene- re, modo, tempore, loco cæterisq; sermè circūstantijs, quas suprā recēsuimus. Hoc aut̄ genus cōpleteatur & fabulā, et apologū, prouerbiū, iudicia, parabolā, seu collatio-

## LIBER SECUNDVS; 87

collationē, imaginē & analogiā: Præterea si qua sunt similia. Atq; horū quidē pleraq; solent adhiberi nō solū ad fidē faciendā, uerum etiā ad ornandā rem, ad illuſtrādā, ad augendā, ad locupletandā. Ergo si quis ex locis dictis magnā uim supellestilis colligere uoleat, quantūlibet copiosam orationē poterit efficere. Neq; tamē erit inanis uerborū cōgeries, & uarietas excluſet satietatem. Sed quēadmodū sint, uel inuenienda, uel adhibenda: id non est huius instituti persequi. Verū si quis desiderabit, ex Aristotele, Hermogene, Quintiliano petat licet. Qui diligentissime hisce de rebus conscripsere. Nos ea quae pertinent ad copiam perse quemur, sed paucis. ne librū, non cōmentariū scribere uideamus. Ergo ad parandam copiam, exempla pri- mas tenent, siue deliberes, siue exhorteris, siue conſoleris, siue laudes, siue uituperes. Et ut summatim dicā, siue fidem facere studeas, siue mouere, siue delectare. Horū igitur ut uim quam maximā, maximeq; uariam cōparare, & in prōptu habere cōueniet: ita uarie trāctare oportebit. Varietas exemplorum ab ipso genere nonnunquam perpenditur. Sunt enim & antefacta & ante dicta. Et publicē gentium cōsuetudines in ex- emplis sumuntur, & à discriminib; autorum, puta ab historicis, à Poētis. Et ex his, à Comicis, Tragicis, Epi grāmaticis, Heroicis, Bucolicis. A diueritate nationum. Quod genus sunt. Alia Romanorū, alia Græcorū. & inter Græcos, alia Lacedæmoniorū, alia Cretensium.

## DE COPIA RERUM.

tensum. alia Atheniensium. Item alia Afrorum, Hebreorum, Hispanorum, Gallorum, Anglorum, Germanorum: Rursum a temporis varietate. Nam alia sunt prisca, alia media antiquitatis, aliarecentia, nonnulla etiam domestica. Praeterea a qualitate rerum. Nam quaedam sunt militaria, quaedam ciuilia: Et quaedam clementer facta, quaedam fortiter, quaedam sapienter. Atque item de ceteris, nam id quidem est infinitum. Postremo e conditione personarum: Alia sunt principium, iudicium, parentum, seruorum, pauperum, diuitium, mulierum, virginum, puerorum. Hec igitur ad unumquemque locum plurima, uariaque sunt adhibenda, non solum ex omnibus Graecorum ac Latinorum scriptorum generis collecta, uerum etiam ex barbaris annalibus. Demum est uulgi rumoribus. Mouent autem potissimum animos antiquas, illustrias, nostratas, domesticas: id est suam quaeque gentem, suum quemque genus. Aut longe minora, ut mulieris, pueri, serui, barbari.

Quomodo tractanda sint exempla.

Porro non variantur modo, ueruetiam augmentur et crescunt tractationes. Cuius rationes aliquot indicabimus. Primum augmentur commendationes. Ea plerumque sumuntur uel a rei, uel ab autoris laude, uel gentis, unde ducitur exemplum. Veluti si quis Lacedemonicum sacram aut dilectam adhibeat, praefari poterit. Eam gentem sapientia, et rei militaris ac ciuilis disciplina ceteris longe antecelluisse, et exemplis pulcherrimis semper abundasse. Si quis est Plutarchus citabit exemplum, praesertim licebit

cum

cū autorem unum omniū esse grauiſſimū. Quippe qui summā philosophiæ scientiā, cū historicorū eloquētia cōiunxerit: ut in eo nō ſolū hifloriae fidem, ueruetiā au toritatē et iudiciū sanctiſimi, doctiſimiq; philoſo phi ſpectare oporteat. Item ſi quis M. Attilij Reguli ad hofte redeuntis exēplum uelit adducere, poterit ad hunc proloqui modū. Inter tā multa Romanae uirtutis insignia decora, nullū unquā facinus pulchrius extitit, aut etiā laudatus q. M. Attilij. Huiusmodi cōmenda tiunculas licebit effingere, uel longiores, uel breuiores, utcunq; locus poſtulabit. Affingendae ſunt autē quæ maxime ſint ad id qd' agitur adpoſitæ. Veluti ſi in ex emplo deſiderabitur fides, autor à grauitate, fideq; cō mendetur. Si pium uideri uoles, quod aduersum ſumatur à pietate commendatio. Atque item de cæteris.

Secundus modus locupletandi exempla.

Locupletatur item exēpla, ſi ſuſius aut latius explican tur, cū exaggeratiōibus atq; amplificationibus. Nā q breuitati ſtudebit, huic ſatis erit exemplū, ceu notum, uerbo ſignificasse. Id qd' facit M. Tullius pro Milone Neque enim poſſit ille Hala Seruilius, aut P. Nasica, aut L. Opimius, aut me cōſule ſenatus nō neſarius ha beri, ſi ſceleratos interfici neſas eſſet. At qui copiā ad feſtabit, is id qd' geſtū ſit, locupletius narrabit. Ita ut fecit in eadē oratiōe Cicero. Pudicitiā cū eriperet mi liti tribunus militaris in exercitu C. Marij ppinquiſi eius Imperatoris ab eo interfeſtus eſt, cui uim afferebat

Et addit

## DE COPIA RERVM.

Et addidit epiphonema: facere enī probus adulescēs periculose q̄ turpiter perpeti maluit. Atq; hūc ille sumus uir scelere solutum periculo liberauit. Quanq; in his que ad ostentationē parata sunt, licebit diutius ex emplis locupletandis immorari: præcipue si res sit hu iusmodi, ut aliqua uoluptatis illecebra retineat auditem. Quod genus fuerit, si quis persuadere studeat ad prudentiā cōparandā multū cōducere peregrinatiōes, multarū rerū inspectionē, in Solonis laude ali quandiu cōmoratus, et quam ciuitatē reliquerit, et quam ob caussam, et que maria transmiserit. et quas barbaras natiōes, quo capitis periculo adierit, et quibus cum sit cōgressus, et quid mirandū cōspexerit, et quantū tēporis abfuerit, et quāto illustrior simul ac sapientior in patriā redierit, fusiū poterit enarrare. Cu iusmodi fermē sunt exēpla de Pythagorē atq; Apolo niū peregrinatiōe, apud diuum Hieronymū in præfatiōne, quā uniuersē scripturā diuinā preponūt. Sed hu iusmodi rationis cōmodissimū exemplū est apud M. Tulliū statim in principio secūdi, de inuentione libri, de Zeuzide, qui Helenā picturus, uirgines aliquot exi miē formā poposcit, ut ex singulis quod esset optimū eligens, absoluū formē simulachrū ederet.

### De exemplo fabuloſo.

Atq; eadem dilatādi cōtrahendiq; ratio locū habet in fabulosis quoq; exēplis. Nā et fusiū et cōtractius exponi poterunt, si res ac decor patietur. Verū in his que

que omnino fide carēt nisi iocabimur: præfari cōuenient à uiris prīcis ac sapientissimis: ista nō sine cauſa suisse cōficta: neq; temere tot iā seculis magno mortaliū consensu suisse celebrata. deinde qd sibi uoluerint, interpretabimur. Veluti si quis p̄suadere uelit, non esse sectādū id, à quo natura quis abhorreat, dicet, hoc ueteres illos, ac sapientes scriptores, & perspexisse prudenter, & aptissimo figmēto significasse, prodita gigantū fabula, quorū temerarij conatus infeliciter cesserint. Aut si qs proponat hominē auarū, tā nō habere qd habet, qd id qd nō habet, præfatus adhibebit Tantali fabulā. Si pponas uiri sapientis esse munus, ut animi motus ratiōe iudicioq; coherceat, allegabit, qd' est apud Homerū primo lib. Iliad. de Achille, iā manū admouente capulo, & Pallade à tergo reuocāte. Itē si quis proponat, uerā uirtutis laudē nō parari, nisi qui sūt multis iactatus casibus, uarijsq; exercitus periculis, cū huiusmodi quā diximus præfatiōe, Vlyssēm adducet Homericū. Quanq; aut nō ubiq; perinde obuia est allegoriæ ratio: tamē illud extrā cōtrouersiā, apud antiquatis peritos, in omnibus ueterū poëtarū figmētis subesse allegoriā, uel historicā, uel theologicā, uel physicā, uel moralē. Nonnunq; unū atq; alterū allegoriæ genus permixtū. In quibus dā haud magni negocij est allegoriæ sensum deprehēdere. Quis enim non intelligit: nā de his quæ ad mores attinēt, magis libet exēpla ponere: Icari in mare delapsi figmentū admonere, ne qs altius

M efferratur

## DE COPIA RERUM.

efferatur, q̄ pro sorte sua: Sic nimirū fabula Phaëton  
tis monet: ne quis munus administrandū suscipiat ma-  
ius quām pro uiribus. Sic Salmoneus in tartara datus  
præceps, docet nō cſſe æmulandū qd' longe suprā for-  
tunam nostrā habeatur. Sic Marsyas excoriatus docet  
nō esse certādum cū potentioribus. Quid autē aliud si  
bi uult Danaēs auro deceptæ fabula: nisi quod & Flac-  
cus interpretatur, nihil tā esse munitū qd' nō expugne-  
tur pecunia. Nihil tā incorruptū, qd' nō muneribus ui-  
tietur. Quid Herculis labores, nisi sudoribus ac iuuani-  
dis alijs, famā immortale parari? Quid Midæ uotum,  
nisi auaros & insatiabiles suis ipsorū opibus præfoca-  
ri. Quid iudiciū, nisi dotibus ingenij, cum pecunie stu-  
dio nequaq̄ cōuenire? Quid Bacchus à fulmine cōſta-  
grās, in Nympharū aquas inieclitus: nisi uini ardore, ſo-  
brio elemēto reſlinguendū eſſe? Quid græco etiā epi-  
grāmate teſtatiū eſſt. Quid innuit Circes fabula, ueneti-  
cijs homines uertentis in ſeras: niſi eos qui nequaq̄ rā-  
tiōe ducūtur, id qd' hominis eſt propriū: ſed totos ſeſe  
dediderūt turpibus affectibus, iam præter hominis uo-  
cabulū, nihil hominis habere, ſed ad pecudū degene-  
raſſe naturā, puta libidine in uirſos, ſomnolentia igna-  
uiaq; in ſues, ferocitate in leones: atq; itē de cōſimili-  
bus. Quid Ulyſſes, q ſolus poculo epoto, uirgāq; mōſtri-  
fica p̄cūſſus, nō eſt mutatus, niſi firmū illū & cōſtantē  
ſapiētiſ habitū, qui nec frāgi terroribus, nec ullis affe-  
ctuū ille clamētiſ ab honesto potest abductiſ. Quid Lo-  
thus

## LIBER SECUNDVS.

thus semel gustata, iam nō sinens abire socios, nisi dulce blandumq; turpiū uoluptatū uenenu: à quo nō admodū difficile sit abstinere. Relinquere, postea q̄ gustaris, difficultissimum? Quid syrenum cantus, nisi assentatio-  
nē: ut rem omnium blandissimam, ita & pestilentissi-  
mam? Quid Scylla & Charybdis angusto inter se-  
discrimine distantes, nisi uirtutis uiam angustam esse.  
Hinc atq; hinc finitimi instantibus uitij, puta inter lu-  
xum & sordes frugalitatē. Inter quæ sic est moderan-  
da uitæ ratio: ut quoniā mediū in omnibus exacte te-  
nere difficultissimum est, cō potius uergas, ubi minus sit pe-  
riculi. Quemadmodū fecit Ulysses. Quid moly radice  
nigra, sed flore lacteo herba, mortalibus inuentu diffi-  
cillima, nisi sapientiā, ad quā primus aditus arduus est,  
ac sudoris plenus, fructus suauissimi? Quid item ramus  
ille aureus apud Maronem, nisi sapientiam in abdito  
sepositam, paucisq; deprehensam? Sed ne longiores  
simus, huius generis interpretationū quātumlibet uim  
suppeditabit Eustathius enarrator Homeri. Nos quo-  
q; quondam adolescentes hisce de rebus non nihil atti-  
gimus in libris quos inscripsimus ἀντιβασιζούσαι.  
Porrò in hoc genere molliora sunt ea quæ à Poëtis in  
hoc ipsum facta constat. Velut que ad imitationem hu-  
mane uitæ Dijs affingunt. Quod genus, cū Martem à  
Vulcano uinculis irretitum facit Homerus. Cum Iuppi-  
ter ἀγκυλομήτις emisso somnio, spem iniicit capien-  
dæ Troiæ, cum longe aliud ageret. Nam haec regū ars

## DE COPIA RERUM.

est quosdā rumores data opera in uulgas spargere: cū  
multo aliud apud se destinarint. Atq; his etiā molliora  
quæ sic à Poëtis celebrata sunt: ut ad historiā, nō ad fa-  
bulas possint referri. Qualis est Orestes parricida,  
cunq; hoc Pyladis amicitia. Sunt enim qui rem gestam  
affirment. Qualis Alcestis mariti mortē sua redimens.  
Cuius etiā meminit Vale Maximus. Itē Codri ac Mœ-  
necei mors. Qu. Curtij, Deciorūq; factis annumerat-  
ur. Et inter amicorū paria Theseus & Pirithous, Ca-  
stor & Pollux referuntur. Qualis item Arion à Delphi  
no reuectus in patriā. Nā diuus Augustinus historiā au-  
tumat. Certe apud Vergiliū, ac pr̄ recipue Lucanū: non  
dubiū quin pleraq; ad historiā pertineat. Quanq; &  
Herodoti pleraq; fide carent. Et Xenophon Cyropæ-  
diam magis ad exemplū insituendæ uitæ, quam ad fi-  
dem historiæ scripsit. Que si pro ueris accipiantur, si  
de ualent. Sin pro fictis, cū sint à sapientissimis ac pro-  
batissimis autoribus proditi, hoc ipso ualent, quod ab  
ijs cōficta sint, quorū autoritas præcepti uigorem ob-  
tinet. Cōtrā, sunt apud Poëtas exēpla certæ atq; histo-  
ricæ fidei, de Scipione, de Annibale, de Augusto, de Pō-  
peio, de Iulio. Suntrursus alia, quæ nullus inficias eat  
esse cōficta. Sed quoniā cōstat in hūc ipsum usum esse  
cōficta, & à magnis cōficta autoribus: mirū exēpli  
pōodus habent. Quo de genere sunt, Inuidia dea, fama  
Ate, Litæ: de quibus suprà mentio facta est. Præterea  
personæ quæ in Dramaticis, aut mixtis poëmatiſ indu-  
cuntur.

cuntur. Præsertim comœdijs cū quibus Dialogi multū  
habent affinitatis. Etenim si quis suadeat cauendū esse  
parētibus: ne si quid peccent, testibus liberis peccent:  
nōne exēpli uim habebit Clitipho in sene seipsum ex-  
cruciantे, loquēs ad hūc modū. Perij is mihi ubi adbi-  
bit plus paulo, sua quæ narrat facinora: Nūc ait peri-  
culū ex alijs facito, tibi qd' ex usu siet, astutus. Næ ille  
hāud scit quām nunc surdo narret fabulā. Aut si quis  
suadeat iuxta sapientis respōsum, æqualē esse ducendā  
uxorē: alioqui nō uxorē duci, sed herā. Si pauper diui-  
tem adiūxeris: nōne exēpli instar habebit Chremes in  
Phormione Nausistratā perinde ut dominā timēs? Itē  
si quis suadeat neq; firmā fatis: neq; tutā pauperi cum  
opulētis esse amicitiā. Nōne pro exēplo ualebit Eu-  
clio in Aulularia Plautina, loquens ad hūc modū. Paup-  
per Megadori diuitis deprecās affinitatem. Venit hoc  
mihi in mētē &c. nā locus notissimus est. Rursum ubi  
differas improbe facere parētes, qui sœuūt in liberos  
delinquētes: cū ipsi senes peccēt grauiter, Nōne reclē  
citabitur modo dicta Nausistrata, loquens hoc paolo.  
Adeo indignū tibi uidetur, filius homo adolescēs si ha-  
bet unam amicām. Tu uxores duas! Nihil pudet. Quo  
ore illū obiurgabis. Respōde mihi. Sed næ ego iep̄tus  
unum aut alterū exemplū profero. cū totā comœdia  
nihil aliud sit, quām humanæ uitæ simulachrū. Poterā  
item ē Tragœdijs, eclogis, dialogis similes formas p-  
ferre. Sed in cōmentario abūde satis arbitror uia in-

## DE COPIA RERUM.

geniosis indicasse. Evidē aſlimo exempla nō ſolū de his quæ diximus, uerū etiam à mutis animantibus: atq; etiā inanimis reclē ſum. Quanq; uidentur ad ὁμοίωσιν magis perlinere. ueluti si quis proposita, deſcrip-  
tiaq; formicarū induſtria, ad rē labore parandā ad-  
hortetur. Aut ſi q̄s expoſita apū politia, hoīes ad legū  
ac disciplinæ ciuilis obſeruationē extimulet. Aut ſi q̄s  
detefletur ingratitudinē, adductio exēplo leonis, cuius  
ex Appione meminit Gellius, & Draconis, qui nutri-  
tiū à latronibus obſeffum eripuit, autore Plinio. Aut ſi  
reprehendēs hominē ab amicitia alienū, q̄ nec amet ul-  
lum, nec à quoquā ametur, Delphini pferas exēplū, pu-  
erū adamatis, aut Aquilæ uirginis amore flagratis, aut  
Magnetis ferrū ad ſe trahētis. Sed hiſce de rebus plu-  
ra fortaſſis, ubi de parabola diſputabimus. Nūc ad in-  
ſtitutū. Tertiū modus locupletādi exempla.

Dilatātur exēpla utriusq; generis, hoc eſt tā fabulo-  
ſa, q̄ historicā, præter iam dictos modos etiam parabo-  
la: quā eādem ὁμοίωσιν uocāt. Cicero collationē uer-  
tit. Tu cōparatione, ſiue contentionē. Parabola eſt, cū  
accōmoda ſimilitudo, qd' adductum eſt exemplū oſten-  
dit aut ſimile eſſe, aut diſimile, aut cōtrariū. Simile, ut  
nō aliter q̄ Camillus Rem Romanam à Gallis oppref-  
ſam, & in extremā perniſiem adductā, ſua virtute de-  
pulſis barbaris reſtituit. Ita Laurētius Latinas literas,  
inſcritia ferē barbarorū deprauatas, obrutas, extintas  
in priſtinū nitorē uelut ab inferis reuocauit. Diſimi'c

Vt non

Ut nō par gratia debetur Laurentio et Camillo, pro-  
 pterea qd' hic pietate adductus, capitī sui periculo pa-  
 triam à barbaris liber auit. Ille famæ cupiditate cōmo-  
 tus uel potius q plurimos taxādi libidine, lingua latīnā  
 nō oppressam restituit, sed ad certas quasi leges rede-  
 git, quæ felicius ex eloquentiū autorū lectiōe disceba-  
 tur. Itē Brutus occidit liberos, pditionē moliētes, Man-  
 lius uirtutem filij morte multauit. Cōtrariū. Marcellus  
 ornamēta Syracusanis hostibus restituit, Verres eadē  
 socijs abstulit: Pugnāt enim restituere, cū auferēdo, ho-  
 stes cū socijs. Et apud Vergiliū. At non ille satū quo te-  
 mentiris Achilles, Talis in hoste fuit. Porrò cōparatio  
 demōstrat id qd' adductū sit, aut par esse aut minus aut  
 maius. Minus, ut si propter matrimonia uiolata, turbes  
 euersæ sunt, quid fieri adultero par est? Itē maiores no-  
 stris sēpe mercatoribus ac nauiculatoribus iniuriosius  
 tractatis bella gesserūt, uos tot ciuiū Romanorū milli-  
 bus uno nuncio, atq; uno tēpore necatis: quo tandem  
 animo esse debetis? Legati qd' erant appellati super-  
 bius, Corinthū patres ueltri totius Græciae lumen ex-  
 tinctū esse uoluerunt, uos eū regē tulū esse patiemini,  
 qui legatū populi Romani cōsularem, uinculis ac uer-  
 beribus, atq; omni supplicio excruciatū necauit Par.  
 ut apud eundem Ciceronē. Etenim mihi ipsi accidit ut  
 cū duobus patricijs, altero iprobiſimo, altero mode-  
 ſiſimo atq; optimo uero peterē. Supauit tamē dignita-  
 te Catilinā, gratia, Galbā. Maius, ut p Milone. Negat

## DE COPIA RERVM.

intueri lucē esse fas ei, qui à se hominē occisum esse sa-  
te aur. In qua urbe tandem hoc homines stultissimi dispu-  
tāt. Nēpe ea, quæ primū iudiciū uidit de capite M. Ho-  
ratij fortissimi viri, qui nōdū libera ciuitate, tamē po-  
puli Ro. comitijs liberatus est, cū sua manu sororē in-  
terfectā esse sateretur. Ergo in eo quod proprie uoca-  
tur exemplū (est autē rei gestae, aut pīnde ut gestae, uti-  
lis ad persuadendū cōmemoratio) aut breuissime signi-  
ficatur. Quod genus est illud diui Hieronymi. Memē-  
to Daretus & Entelli. Aut latius p̄ collationē accōmo-  
datur per simile, dissimile, cōtrariū, par, maius & mi-  
nus. Atq; ea collatio sumitur ab omnibus rerum ac p̄so-  
narū circūstatijs. Adiuuatur autē & oratiōis artificio  
cū uerbis ac figuris ad id accōmodis, alia cōsulto ele-  
uatur, alia attolluntur. Porrò qui copiosissime uoleat ex-  
emplū tractare, is singulas similitudinis aut dissimilitu-  
dinis partes explicabit: atq; inter se cōparabit. Quē  
admodū facit M. Tullius in exēplo, quod superius re-  
tulimus, de legato occiso. Subiectū enim partiū collatio-  
nē: illi libertatē ciuū Romanorū inminutā nō tulerūt  
uos uitā e reptā negligetis: illi legationis uerbo uiolā-  
tum, illi persecuti sunt, uos legatū omni sup̄ plico inter-  
sectum relinquetis. Vide te. ne ut illis pulcherrimū fu-  
it, tantā uobis imperij gloriā relinquere, sic uobis tur-  
pissimū sit, id quod accepistis, tueri & conservare non  
posse. Quod tamē quātūlibet copiose licebit facere,  
si quis plures circūstantias inter se cōponat. Velut si  
quis

quis hortetur aliquē, ut filij mortē moderate serat. & è gentiliū exēplis mulierē aliquā obijciat, quæ pluriū liberorū mortē fortiter tulerit. Post enarratā rem ita cōparabit. Quod mulier imbecilla potuit, tu uir baratus nō seres: illa cū natura uicit & affeclū matris, tu ab altero superaberis: Illa cōpluriū liberorū iactaram aīo infracto ptulit, tu unū extinctū incōsolabiliter defles: Adde qd' illius filij simul oēs naufragio perierūt, morte uidelicet ingloria, tuus in bello fortiter pugnās occubuit. Illa nō habebat cui filios honeste iputaret, tu filiū impēdisti patriæ. Illi uere totiq; perierunt, tuus īmortali gloria semp uicturus est. illa naturæ gratias agebat, qd' aliquādo tot liberorū mater fuisse, tu tantū meministi te optimū pdidisse filiū. Illa non hēbat sarciede orbitatis spēm, q̄ppe maior q̄ ut uterū iā ferre posset, tibi & uxori ſcīda, & atas etiādū integrā ualensq;. Ergo qd' barbara muliercula præsttit, tu uir romanus nō præstabis? Qd' cōtēnere potuit literarū īperita, hoc te tot prædiū literis, tanū philosophicæ p̄fessorem frangit? Deniq; quā animi fortitudinē præsttit pagana, hanc homo christianus nō exhibebit? Illa credēs post rogū nihil ſupēſſe, tamē luctū idec orū exiſtimauit, tu doctius eos de mū uere uiuere, qui cū laude excederint ex hac uita, ſine fine clamans tibi perijſſe ſilium. Et qd' illa & quo aīo reddidit naturæ, tu deo reperenti non reddis: Illa fortiter paruit neceſſitati, tu deo repugnas: Ex hac forma ſatis opinor appetet, qbus

## DE COPIA RERVM

modis oporteat exempla cōferre: quanquam in ueris  
causis, quoniā maior est circūstantiarū copia, facilius  
est inuenire uarias cōtentioēs. Illud obiter admonēdū  
in huiusmodi cōtentionibus sententias, & epiphone-  
mata nō inconcinne posse admisceri. Velut in hoc eo-  
de m exēplo, post primā collationē. Quod mulier im-  
becilla potuit, tu uir barbatus nō poteris: Subisci pote-  
rant sententiae. Natura discrevit sexum, tu nō discernis  
animū. A muliere nemo fortitudinis laudem expectat  
Vir, nisi fortis sit animo, nec uiri nomine censeatur. Vir  
utrumq; significat, & sexum robustiorē, & animū in-  
fraclū. Turpiter barbā gestat, qui pectoris robore su-  
peratur à foemina. Item post illam contentionem. Illa  
non habebat, cui filium imputaret honeste, tu filiū im-  
pendisti patriæ. Poterat affingi sententiæ fermē huius-  
modi. Magnū doloris solatum est, habere cui honeste  
possis imputare fortunam. Ut nulli iustius, ita nec glo-  
riosius impenditur filius, quam patriæ. Rursum post il-  
lā. Illi uere totiq; perierant, tuus immortali gloria sem-  
per uictrurus es, adiisci poterat huiusmodi. Longe feli-  
cius honesta fama, quam hoc cōmuni spiritu uiuitur.  
Corporis uita & calamitosa est, & omnino: ut nihil  
accidat breuis: deniq; cū pecudibus cōmuni. Illa clara  
sempiternaq;, homines in diuīnū cōsortium referens.  
Ad eūdem modū singulis collationū partibus sententiæ  
subiisci poterat. Sed hæc obiter indicasse sat fuerit. Nā  
de sententijs suo loco dicemus.

De Par 4=

## De Parabola

Iam uero si quis parabalā ab exemplō separet, ut exemplū sit certa rei gesta. Parabola, similitudo sumpta ab his quae sunt, aut quae natura, casuum rebus adiuncta sunt, ut Attilius ad hostes reuersus, exemplū sit scrupulae religionis ac fidei. At nauis pro ueterum ratione uel tollens aut contrahens, in hoc aut illud latus transferens, parabola sit, quae doceat sapientē temporis cedere oportere, ac rebus præsentibus sese accommodare. Tamen eadem dilatāde parabolæ ratio, quā in exemplo demonstravimus. Nā aliquādo uerbo notatur. Ut nō intelligis tibi uertēda uela. Aut desine lauare latrem. Ut iā uel allegoria sit, uel metaphora. Aliquādo latius explicatur, & apertus accēmodatur. Quod facit Cicero pro Murena. Quod si ē portu soluentibus, qui iam in portum ex alto inueniuntur, prædicere summo studio solent tempestatum rationem, et prædandum & locoru, quod natura fert, ut his faucamus, qui eadem pericula, quibus nos persunti sumus, ingrediātur. Quo me tandem anno esse oportet, propè iam ex magna iactatiōe terrā uidentē, in hūc, cui video maximas tempestates esse subeūdas. Rursū in eadē oratiōe, ut aiūt in græcis artificibus eos aulēdos esse, q̄ cū hæc diueri nō potuerūt. Sic nōnullos uide mus, q̄ oratores euadere nō potuerūt, eos ad iuris studiū deuenire. Superiorem Ciceronis parabolā sic imitatus diuinus Hieronymus in epist. quadā ad Holiodorū. Et ego nō itegris ratiōne uel

## DE COPIA RERVM.

te uel mercibus, nec quasi ignarus fluctuum, et indoctus  
nauta præmonco, sed quasi nuper naufragio electus  
in liuita timida navigaturis uoce denuncio. In illo aestu  
charybdis luxuriae, salute inuorat. Ibi ore uirgineo ad  
pudiciciae perpetrada naufragia Scyllæu renidet libi-  
do bladitur. Hic barbaru littus. Hic diabolus pyrata  
cū socijs portat uicula capiēdis. Nolite credere, nolite  
esse securi. Licet in modū stagni fusū aequor arrideat,  
licet uix summa iacētis elemēti spiritu terga crissentur.  
Magnos hic cāpus montes habet. Intus est periculū,  
intus est hostis. Expedite rudētes, uela suspēdite. Crux  
antēne figatur in frōtibus. Trāquillitas illa tēpestas est.  
Hic si q̄s sigula pericula, quæ à uitijis aut imphibis, aut ali  
unde bonis moribus imminēt, uelit cōferre cū sigulis,  
que nautis uite discrimē adducere solēt. Deinde per cō  
parationē, maius aut minus, itē dissimile aut cōtrarium  
ostēdere. Postremo sententijs et epiphonematis, ut in  
ciderit exornare, nimirū latissime dilatabit orationē.  
Velut in hoc exēplo. Ut quo preciosior est res, hoc et  
diligētius solet asseruari, et impēdi circūspectius. Ita  
tēporis, quo nihil est preciosius, summa habēda est ratio,  
ne quid effluat sine fructu. Etenim si curatores dari  
solent his, qui gemmas et aurum temere profundunt.  
Quæ tādem erit insania, tēpus pulcherrimū immorta-  
lis dei minus aut ocio aut inhonestis studijs turpiter cō-  
sumere? Quid enī perdis, cū tempus perdis? nisi uitā?  
At uita quid esse potest charius? Et cū una gēmula pe-  
rijt, iactu-

rijs iacturā uocas. Cū totus perijs dies, hoc est bona uite  
portio, iacturā nō uocas? Præsertim cū illa perdita,  
aliūde possint recuperari, tēporis irreparabilis sit ia-  
ctura. Prætereā illa cū tibi percūnt, alijs plerūq; lucro  
sunt. At tēporis dispēdiū in nullius trāfit cōpēdiū. Nul-  
lū est dānum, ex quo nō alijs emolumētū aliqd' senti-  
at, præter dānum tēporis. Adde his, qd' illarū opum ia-  
ctura sēpe salutē fuit. Nā diuitiae plerūq; uitiorū ma-  
teriā ministrāt, ita ut præstet temere p̄fudisse, quā atlē-  
te adseruasse. Quāto cuiusq; rei usus honestior, tanto  
turpior profusto. At nihil pulchrius, nihil præclarius,  
quām bonas horas bene collocare: Illa ut quām maxi-  
me serues, sēpenumero tamē uel casus eripit. uel ho-  
mo tollit ut iactura te calamitosum dūtaxat, nō etiam  
turpem reddat. At temporis amissio: quomā nō nisi no-  
stro uitio cōtingit, nō miseris solū, uerum & infames  
reddit. Pessimū infamiae genus quoties culpa in nullū  
cōserri potest, quām in eum qui patitur malū. Illis fun-  
dos aut ædes mercari poteras, bonā mentē nō poteras.  
Hoc præter alia animi ornamenta, parare poteras im-  
mortalitatēm. Nulla est tam breuis uitiae portio, in qua  
nō magnus aliquis ad felicitatem gradus fieri poterat.  
Postremo de illis male insumptis, patri fortassis ratio-  
nē redditurus eras, de horis male transactis, Deo. Sed  
satis est indicasse, in quantā amplitudinem dilatari pos-  
sit collatio, si quis ad eum modum singulas circum-  
stantias uelit componere atq; ornare. De dissimili ca-  
dem est

## DE COPIA RERVM.

dem est tractandi ratio: cuius hoc sit exemplū. Neque enim ut nauis utilior nous: quæctus: sic et amicitia. Nec ut laudāda, quæ pecunia pluribus largitur: ita et quæ formā. Neq; enim ut in cursu melior est, qui lapadem accipit, q̄is qui tradit. Ita in bello melior est Imperator, qui exercitum accipit, q̄ qui tradit. Porro quemadmodum ab omni genere rerum collationes duci possint, superiore commentario demonstratum est.

## De Imagine.

Eἰκὼν, quā Latini uocat imaginē, collationi videatur affinis. Tam et si magis ad evidentiam, aut gravitatem aut iucunditatem orationis facit, q̄ ad probationē. Ceterum quanq; exemplorū et similiū usus ad eadē ista cōfert: tamē ad faciendā fidem nō uulgariter adiuuat: praeſertim cū per inductionē, quam Græci uocant ἐπαγγελίαν adhibentur. Quo in genere plurimus est Socrates Platonicus. Exemplū per inductionē adhibebitur hoc modo. Dic mihi què tādem fructum adtulit Demostheni insignis eloquentia. Nempe præter alia incōmoda, infeliciſimū et miserandū exitium. Quid autē præmij Tyberijs Gracchis attulit? Nimirū cādē et miseram, nec satis honestā. Quid porrò illi tātopere laudato Antonio? Certe et hic latronū sicis crudelissime cōfossus est. Age Ciceroni eloquentiæ parenti, quam mercedem attulit? Nonne mortem et acerbā et miserandam? In nunc et tot uigilijs ad sumānā eloquentiæ laudem emittere, quæ præstantissimis quibusq; uiris sempexitio

L I B E R   S E C V N D V S.

exitio suit. Simile adhibetur per inductionē hoc modo.  
De nauigādo num melius disputabit nauita, q̄ medicus  
An nō medicus rectius de medendi ratione differet, q̄  
pictor? Num pictor de colorū et umbrarū, ac linearū  
ratione melius dicet, q̄ sutor? Num auriga de ratione  
moderādi currū melius, q̄ nauta? Ea si plurima conse-  
rantur, faciunt ut omnino probabile uideatur, unum-  
quemq; melius de eare dicturū esse quā melius norit.  
Dēinde ad rem accōmodatur similitudo. At qd orator  
qui de omni re profitetur se optime dicturū: Notū est  
exemplū de Aspasia, ex Aeschine.

De contentione demonstrativa.

Est et generalis quædā cōtentio: præsertim in gene-  
re demōstratiuo, quoties laudādi, uituperādiue gratia  
personā cū persona cōserimus. Veluti si quis Iuliū pō-  
tificē Romanū laudatur, eū cū C. Iulio Cæsare cōpo-  
nat: atq; illius benefacta cū huius cōparet. Aut cōtrā  
uituperatus malefacta cū malefactis cōferat. Item si  
quis Maximilianū laudatur, eū cōponat cū M. Anto-  
nio Imperatore. Est et rerum cōparatio. qd genus est si  
quis historiā laudās, eius utilitates cōparet cū eorū be-  
nefactis, quire bēllica Remp. auxerūt. Aut poëticam  
laudare cupiēs, huius cōmoda cū philosophie cōmo-  
dis cōmittat atq; expēdat. Est et unius ad multa cōpa-  
ratio. Ut si quis historiæ laudes exaggerare cupiens,  
ea cū laudatissimis quibusq; disciplinis cōparet. Atq;  
in his duplex cōf ratio. Aut enim a'terius partis bona  
elcuas,

## DE COPIA RERVM.

eleuas, alterius amplificas. Aut alterius partis sic exag-  
geras laudes: ut præferas tamen qd' laudandū suscep-  
ris. In uituperādo attollis uitia: sed sic ut scelestiorem  
tamen ostendas quem insectaris. Dē Iuditijs.

Ad exēplorū genus referuntur & iudicia, que graci-  
egiōe appellat. Eae sunt sententiae scriptorū illustri-  
um, gentiū, uirorū sapientū, aut clarorū ciuiū. Ex anti-  
quis ac celebratis Poëtis magna uis iudiciorū collig= tur.  
Itē ex historiographis, ex philosophis, ex arcānis  
literis. Nam his rursum eadem uarietas, que in exēplis  
ostensa est. Sunt & apud Græcos, qui in his undecunq;  
colligendis laborarūt: quorū de numero Stobaeus. Idē  
ualeat sapientū apohthegmata: Cuiusmodi sunt illa ce-  
lebriū uirorū dicta, & que referuntur à Plutarcho. Et  
hoc uariū genus est. Etenim si spectemus rem, sunt mī-  
litaria, sunt philosophica. Si personas, sunt Regū, sunt  
sapientū, sunt populariū. Si qualitatē, sunt grauiter di-  
cta, sunt facete dicta, sunt acute dicta. Huc pertinent  
& puerbia, uel ab autorib us sumpta, uel uulgo iacta= ta.  
Nā publica gentiū instituta nō video qd ab exēplis  
differant. Certe oracula & respōsa numinum, iudicijs  
subiiciuntur: Veluti si Socratem probes sapientem, qd'  
ita Apollinis oraculo sit iudicatum.

### De Sententijs.

Est sententiarū genus, nō illud quidem petitū ab au-  
toribus, sed à nobis ad presentis rei cōmoditatē con-  
ficiū. Eas licebit omnibus orationis partibus admisce-  
re. Atq;

re. Atq; adeo unus locus cōplures sēpē numero senten-  
tias parit. Incidūt enim & in narrādo & in mouendis  
affectibus, nō solū in p̄bationib⁹, quinetiā sēpē numero  
trāsitiones per sentētiās fūnt. Quæsi in loco adhi-  
beantur, h. uad mediocrem orationi copiā adiungent.  
Neq; id sine grauitate aut gratia: Sunt autē sentētiārū  
uariæ formæ. Siquidē aliae sunt καρδολικαι, ut inuiden-  
tia ipsa suū suppliciū est. Aliae nō placēt, nisi ad rē re-  
late. Ut nihil tam popularē q̄ bonitas est, Alia que ad  
personā referātur: Ut princeps qui uult oīa scire, ne-  
cessē habet multa cognoscere. Rursū alia simplex. Ut  
oīa uincit amor. Alia rationē habet subiectā aut admi-  
xtā: ut in omni certamine, qui opulētior est, etiā si ac-  
cipit iniuriā: tamē q̄a plus potest, facere uidetur. Que  
dā duplices sunt ex partibus cōtrarijs: nulla tamē addi-  
ta ratione: Ut obsequiū amicos, ueritas odium parit.  
quedā ex diuersis. Mors misera nō est, aditus ad mortē  
miser est. Huic generi si ad utrāq; partē ratio subiecta  
tur, quadripartita fuerit sentētia, ad hunc modū. Qui  
adulescētiū peccatis ignosci oportere putāt, falluntur.  
h. e. prima sentētiæ pars: Ei subiectitur ratio, pp̄terea  
qd̄ ætas est impedimento bonis studijs. Deinde tertia  
pars erit. At hi sapiēter cogitāt, q̄ adulescētes maxime  
castigāt. Et rursū additur ratio, ut q̄bus uirtutibus oīm  
uitā tueri possint, eas in ætate maturima uelint cōpa-  
rare. Id exēplū etiā si esti Rhetorica ad Herenniū scri-  
pta: tamē mihi sanè non admodū arridet. At nō est ar-

## DE COPIA RERUM.

duū aliud huiusmodi fingere. Iuuentutē decet industria  
Adiūcitur ratio. Nā turpe sit eas dotes, quas naturā ad  
bonas artes cōparādas illis annis attribuit, in oīo, sc̄e  
disq; uoluptatibus cōsumere. At senectutē opulētia de-  
cet. Huic quoq; subiūcitur ratio: ut etas naturae præ-  
dijs destitutor, exterarū rerū admīniculis utcūq; fulcia-  
tur. Itē aliud. Senectus inops, calamitosa, idocta, turpis  
Nā & miserū tū egere, cū ibecillitas naturae pecuniae  
subsidia præcipue regrit. Et turpe, tū res optimas ne-  
scire: cum nec discere decorū est, et docere pulcherri-  
mū. Rursū est sentētia recta. Vt tā deest auaro qd' ha-  
bet, qd' nō habet. Est figurata. Vt seruare potui, per-  
dere an possim rogat. Est cōmuniſ rerū. Vt nocere fa-  
cile est, pdesse difficultius. Est ad psonas accōmodata:  
ut tā minus apparet sentētia, ut est illud M. Cicerōis.  
Nihil habet Cæſar, nec fortuna tua maius, q ut possis:  
nec natura melius, q ut uelis seruare. Est illud etiā tacitū,  
& quasi diſsimulatū sentētiae genus. Et caco carpi-  
tur igni. Explicuit enī Ouid. Tectus magis æſtuat ignis  
Item in narrādo. Pars maior uicit meliore. Explicabis  
si dixeris Ferē fit, ut pars maior uincat meliore. Iam  
aliud sentētiae genus, quod ἐπιφωνή græci, Fabius  
adclamationē appellat. Ea est rei narratē uel probatē  
summa adclamatio. Narratē. Vt apud Vergiliū. Tāte  
molis erat Romanā condere gentē. Probatē apud M.  
Tullium p̄ligario. Quorū igitur impunitas Cæſar tue-  
clementiae laus est, eorū te ipsorū ad crudelitatē acuet  
oratio:

## LIBER SECUNDVS. a 98

oratio? Neq; tamē quoduis epiphonema cōtinuo sentē  
tia est, etiā si plerūq; est, uerū quicqd in clausula argu-  
te additū ferit aurem, εἰσι φώνη μα dici potest. Quod  
genus propriū est epigrāmatis. Vnde apud Martialē  
sēpē numero carmen epiphonemate clauditur. Utitur  
et Val. Maximus frequenter hoc genere. Item Sene-  
cas suas epistolās ferē claudit epiphonemate. Neq; de-  
fuerunt quibus epiphonematiū usus adeo impense pla-  
cuit, ut omni loco, omni sensui clausulā adclamatoriā  
subiisciendam existimarent. Sed ut sententiarū omnī,  
ita et adclamatiōnū debet esse modus. Ut ibi demum  
adhibeas, ubi locus postulat, aut certe patitur. Est  
Noēma sententiae genus quod nō dicitur, sed intelligi-  
tur. Quod genus est illud dictū in quēdam agentē cū  
forore talionis, quod sibi dormienti pollicē reciderat;  
cum illa fratrem sēpius à ludo gladiatorio redemisset.  
Eras dignus ut haberes integrā manū. Nam intelligi-  
tur, ut rursum in ludo pugnares. Sūt noua sententiarū  
genera, ex inopinato, et ex alio relatis, et ex alio  
translatiis, ex geminatione, ex cōtrarijs. Quorū exem-  
pla si quis desideret, ex Quintiliano petet licebit.

## De Expolitione.

Cū hoc sententiarū genere, qd'superius ostendimus,  
ex quatuor cōstare partibus, cognitionē habere vide-  
tur. Expolitio. Sic enim uocāt, quoties eodem in loco  
diutius cōmoramur, et eādem sententiā alijs atq; alijs  
modis uariamus, simul et locupletamus. Cōmutatio-

## DE COPIA RERUM.

ne uerborū, cū eadē res alijs atq; alijs uerbis, alijs q; fī-  
guris s̄epius effertur. Cōmutatiōe pronunciationis cū  
ālio atq; alio uultu, gestu, uoce. Cōmutatiōe tractatio-  
nis: cū qđ iam sub psona nostra diximus, idē aliū, sed  
paulo aliter dicentē facimus. Vel cū quod sedatius est  
disputatū, id acrius atq; inflāmatius efferimus. Verum  
copiosissima expolitio septē cōstat partibus: Proposi-  
tione, ratione, duplii sententia: cui ratio item duplex  
subijci potest, cōtrario, simili, exemplo, cōclusione. Ex  
emplū erit huiusmodi. Sapiēs nullū pro Repu. uitabit  
periculū. Ideo qđ s̄aepē fit, cū pro Repu. perire nolue-  
rit, necessario cū Repu. pereat. Et quoniā sunt omnia  
cōmoda à patria accepta, nullū incōmodū pro patria  
graue putādū est. Hæc est prima pars qua tota res sim-  
pliſter exposita est, & rationibus cōfirmata: cui sub-  
ditur duplex sentētia, aucta totidē, aut pluribus ratio-  
nibus. Ergo qui fugiunt id periculū qđ pro Repu. sub-  
cūndū est, stulte faciūt. Hæc est sentētia, cui subiecta  
ratio. Nā neq; effugere id possunt, & ingratia in ci-  
uitatē reperiūt. Deinde additur alia sentētiae pars.  
At qui patriæ pericula suo periculo propellūt, his sapi-  
entes putādi sunt. Mox adiūciūt ratiōes. Cū & cum  
quē debet honorē Reip. reddūt et p multis perire ma-  
lunt, q̄ cum multis. Iā adiūgitur cōtrariū. Etenim uehe-  
mēter est iniquū. uitā à natura acceptā per patriā, cū  
seruaueris, nature cū cogat reddere. patriæ cū roget,  
nō dare. Et cū possis cū summa uirtute & honore pro  
patria

patria interire. malle per dedecus & ignauia uiuere.  
pro amicis & parentibus ac ceteris necessarijs adire  
periculū cū uelis, pro Rep. in qua & hoc & illud san-  
ctissimū patriæ nomē cōtinctur, nolle in discrimen ue-  
nire. Deinde adhibetur simile. Itaq; uti cōtemnendus,  
 qui nauigādo nauim, quām se mauult in columē. Ita ui-  
 tuperādus q̄ in Reipu. discrimine, suæ saluti plus q̄ cō  
 muni consulit. Nave fracta, multi incolores fuerunt.  
Ex naufragio patriæ, Saluus nemo potest enatare: Sub  
 hec exēplum annexatur. Quod mihi uidetur, Decius  
 intellectisse: qui se deuouisse dicitur, & pro legionibus  
 se in hostes immisisse medios, unde uitā amisit, nō per-  
 didit. Re enim uiliissima, maximā redemit. Vitā dedit,  
 accepit patriam. Amisit animā, potitus est gloria: quæ  
 cū summa laude pdita uetus late, quo tidie magis enite-  
 scit. Demū apponitur cōclusio, tanq̄ apolodus. Quod  
 si pro Repu. debere accedere ad periculū, & ratione  
 demōstratū est, & exēplō cōprobatū: hi sapientes sunt  
 existimādi, qui nullū pro salute patriæ periculū uitā.  
 Ergo cōueniet huiusmodi thematis exerceri pueros,  
 qui ad copiā parandā instituūtūr. Quanq; ne hoc qui-  
 dem exēplum ex Herēniana rhetorica mihi magnope  
 re probatur: nisi qđ' utcunq; rationē indicat. Potest au-  
 tem copiosius etiam tractari, si plures sentītias & ra-  
 tiones. Si similia, si exempla plura congeras.

## De Apologis.

Ad fabulosorum genus proxime accedunt Apologi,

N 3 nisi

## DE COPIA RERUM.

tuisti quod et delectant uchemetius, et efficacius p̄fua-  
dent. Delectat, quia morū faceta quadā imitatiōe faci-  
unt fidem, quia aerū ueluti ponūt ante oculos. Capiū-  
tur his præcipue rustici et imperiti. Et si quis alius est  
qui mores aurei seculi sapit. Celebratur Apologi ma-  
xime Aesopi nonnūc, q̄ unus ē sapientū numero ob hoc  
ipsum ē habitus. Etiā si Quintilianus ab Hesiodo scri-  
ptas fuisse, certe maioris cuiuspiā i genij opus, existet.  
Quo minus mirandū, si Menenius Agrippa plebē ro-  
manā à periculissima seditiōe reuocauit, cōficto i id  
apologo de corporis humani mēbris aduersus uentrē  
conspurantibus, ut resert T. Linius. Et Themistocles  
Atheniēsibus persuasit, ne nouarent magistratus, fabu-  
la de uulpe muscis obsita. Quin liberum est cuiq; pro  
re cōfingere genus huiusmodi. Verū ut apte cōfingas,  
cū i genio ualeas oportet, tū animantiū naturas (sunt  
autē infinitae uarietatis) penitus animaduersas habeas  
neccesse est. Porro quod ad usum attinet, significantur  
uerbo, quemadmodū exempla maxime si notus sit apo-  
logus. Veluti si dicas: Si tua scripta lacerant at da-  
mnāt imperiti, noli laborare, certe doctissimo cuiq; ma-  
xime probātur. Quid. n. mirū, si gemmam aspernatur  
gallus Aesopicus? Aut si quis dicat. Nullus hostis quan-  
tūlibet ipotens humilisq; negligēdus, aut cōtempnēdus  
est. Posteaquā nec Scarabeū impune cōtempfit Aquila  
Aesopica. aut hoc pacto. Tuī ipsius benefactis nitere  
nō maiorum splēdore. Ne tibi usu ueniat, quod Aeso-  
pi cor-

pi corniculæ. Dilatātur aut̄ præsatōe cōmendationis.  
Cōmendamus tū authorē ipsum, tū Apologorū genus.  
Ita ut fecit Aul. Gel. in explicāda Cassitæ fabula. Aesopus ille ē Phrygia fabulator. & cætera. Nam locus in  
promptu est. Deinde si describendis animantiū aut̄ re-  
rum formis ac naturis, quas inducis, lōgius imorabis.  
Quandoquidē hoc iā ipsum & cū uoluptate accipi-  
tur, & ad eruditōnē liberalē p̄tinet. Veluti si scara-  
bei formā, deinde quē admodū ē stercoribus nascatur,  
& quo pacto posterioribus pedibus erectis stercora  
protrudat, atq; id genus alia describas.

Ad eundē modū. Aquilā regnū in auiū genus obli-  
nere. Armigerā esse Iouis, nō offendis fulmine. Nō cōni-  
uere ad ardētissimos Solis radios. Pernicissimo uola-  
tu ultra nubes ferri. Deniq; quæcūq; uel ad Scarabeo-  
rū humilitatē exaggerandā, uel aquilæ generositatem  
attollendā p̄tineant. Qd̄ quidē argumentū nos plusum  
tractauimus in puerbijs. Atq; hac in re nō prætermi-  
tendūsi qd̄ animati cuipiā fabulis poëtarū est attribu-  
tū. Quod genus ē Lycaone natos lupos, ex adulēscēte-  
perdicē, Cygnūm Apollini sacrū esse, & sub fatalē  
horam suauissime canere. Cottuum eiusdem fuisse nun-  
cium, & ob cessationem ex albo nigrum factū. Aut si  
quid proditū est historijs insigniter ab his factū. Velu-  
ti de Aquila, quæ uirginem adamauit, apud Plinium de  
Bucephalo Alexandri Magni equo. Atq; itē de cæte-  
ris. Nā rationē duntaxat ostendimus. Deinde cū ad i-

## DE COPIA RERVM.

psum apologū erit ueniū, fusiū ac latius narrare licebit. Id siet curā tædiū, si faceta quadā imitationē, qd' est in hominū uita, ad fabulae mores accōmodabimus.

Præterea si ad eandē rationē sermones, sentētias, dīctāq; affingemus. Exēplū aptissimū est apud Horatiū in saty. Rusticus urbanū murē mus, paupe fertur Accēpisse cauo, ueterē uetus hospes amicū, Asper et attenētus quēsuis ut tamē arctū. Solueret hospitijs animum.

Quid multa? et cetera. Nā in promptu locus est. Est itē exēplū dilatati Apologi apud Apuleiū de coru et uulpe. Rursum apud A. Gelliū de Caſſita auicula, Cæterū quod' ep̄i μύθοις uocāt. i. apologi interpretationē, nō admodū resert initio ponas an in fine. Quanq; et hinc incipe licebit, et in hanc desinere, modo sermōis accedat uarietas.

De Somnijs.

Affinguntur à nōnullis somnia quoq; que sortassis adhibēda nō sunt, nisi in oslētatiōe. Quod genus Luetianisomniū. Aut quoties ea pro ueris uisis, hortādi de terrēdi ue gratia narramus. huiusmodi uidetur illud diui Hieronymi, de seſe flagris cæſo, quod Ciceronianus eſſet. Et nos itē pueri in hoc genere lufsimus.

De fictis narrationibus.

Iam ficta narrationēs rerū gestarū, si persuadēdi grātia pro ueris adhibeantur, quām maxime fieri potest, ad ueri similitudinē cōponātur oportet. Sunt autē ex arte rhetorica notā partes quibus probabilitas cōstat. Cuiusmodi est fabula de Memmio apud Ciceronē, et sortasse

fortasse de Vulsteio apud Horatiū. Genus hoc video  
 nōnullis nimī placuisse, q[uod] vulgi credulitate freti, stul-  
 tiſſima quēdā miraculorū ostēta p[ro] certissimis inuexe-  
 runt Christianorū literis. Porrò q[uod] risus cauſſa fingun-  
 tur, quo lōgiſus absunt à uero, hoc magis demulcēt ani-  
 mos, mō ne ſint anicularū ſimilia deliramētis, et eru-  
 ditis alluſiōibus, doctas etiā aures capere poſſit. Quo  
 de genere ſunt Luciani uera narrationes, et ad huius  
 exēplū effictus aſinus Apuleij. Præterea Icaromenip-  
 pus, et reliqua Luciani pleraq[ue]. Itē argumēta ſermē-  
 oia ueteris commeidiae, q[uod] nō imagine ueri, ſed alluſionib-  
 us et allegorijs delectant. Nā illud fictiōis genus, q[uod]  
 ad simulachrū rerū adumbratur hauſt dubiū eſt, quin  
 ad parabolā ptineat. Exemplū huius eſt apud Platonē  
 de ſpecu, in quo uincti quida, umbris pinde ut iſpis de-  
 lectantur.

### De Allegorijs Theologicis.

At quoties ad pietatē adhortamur, aut dehortamur,  
 plurimū adumēti cōferūt exēpla ueteris ac noui Te-  
 stamēti. i. Euangeliōrum. Quae p[ro] allegoriā uarie tra-  
 ctantur, et eadē modo ad mores hominum modo ad cor-  
 pus ecclesiæ Christo capitii connexū et cohærēs, mō  
 ad coeleſtē illā cōmunionem, rurſum ad priſca naſcen-  
 tis fidei tēpora, et ad h[oc]e] noſtra poſſunt accōmodari  
 Sed hiſce de rebus copiosius et exactius diſſere muſ  
 in libello, quem iſtituimus de Theologicis allegorijs.  
 Atq[ue] h[oc]e] fermē oia ad exemplorum genus reſerūtūr.  
 In quibus ſumus paulo diuitius immorati, quod ex hoc

## DE COPIA RERUM

polissimum mundo, copiæ supplex de promatur. Sed prius q[uod] ab his digrediamur, uisum est etiā nōnulla paucis admonere. Ratio colligendi exempla.

Iam primū, quæ admodū unum quodlibet horū uarie possit accommodari per Similitudinē, per cōtrariū, per cōparationē, per hyperbolēn, per epitheton, per imaginē, per metaphorā, per allegoriā, superiori cōmentario demonstratū est. Nūc qua ratione fieri possit, ut amplissimā horū uim in prōptu, ac uelut in numerato possimus habere, indicabimus. Cōsiliū quidē nō perinde magnificū, ut frugiferum, quod utinā iuuenes olim ipsi suisse mussecuti (nā tum quoq[ue] ueniebat in mentē) uideo quantū momēti literulis nostris fuerit accessū. Attamē cādidi est ingenij, nō inuidere bona spei iuuenib[us]: qd' tibi uel negarit fortuna, uel non parabit diligentia. Ergo qui destinauit per omne genus autorū lectio[n]e grassari (nā id omnino semel in uita faciēdū ei q[uod] uelit inter eruditos haberi) prius sibi q[uod] plurimos partibus locos. Eos sumet partim à generibus, ac partibus uitorū uirtutūq[ue]; Partim ab his quæ sunt in rebus mortaliū p̄cipua: quæq[ue] frequētissime solēt in suadendo incidere. Eaq[ue] cōueniet iuxta rationē affinitatis et pugnatiæ digerere. Nā ex quæ inter se cognata sūt, ultrò admonēt quid cōsequatur. Et cōtrario[r]ū eadē est memoria. puta sit exēpli cauſa, primus locus pietas et impietas. Huic subiicitur species iter se cognatae. Prima est pietas in deū. Secūda in patriā. Tertia in parētis,

aut in

aut ī liberos, aut etiā in eos quos opōret parētū loco  
colere. Veluti p̄ceptores, et quorū beneficio serua-  
ti sumus. Iam his cognata est sup̄stutio adiūcēda igitur.  
Atq; hic aperit sese cāpus latissimus de prodigiosis deo-  
rū cultibus, ac uarijs diuersarū gentiū ceremonijs. Sit  
proximus si uidetur, titulus fides. Hanc in species seces-  
licebit. De fide in amicos, de fide seruorū in dominos,  
de fide in hostes, totidēq; de perfidia. Itē sit titulus Be-  
neficētia. Huic cū suas species subieceris, restat gratia-  
tudo nō illa quidē huic subiecta, neq; rursum cōtraria  
sed adhārēs, eō; ea ueluti cōsequēs. Sed uirtutū ac ui-  
tiorū ordinē sibi quisq; suo fingat arbitrio, aut ē Cice-  
rone, seu Val. Maximo, aut ex Aristotele, aut ex diuo  
Thoma petat. Deniq; si malit, elementorū ordinē se-  
quatur. Neq; enim id magni respert. Quanq; nolim illū  
omnes huius generis particulas tam minutim cōcīsas,  
in ordines reserre: uerū eas dūtaxat, quae uideātur sc̄re  
quēter in dicēdo usu uenire. Id autē uel ex locis caus-  
sarū licebit cognoscere: nēpe demonstratorijs, suasorijs  
et iudicialibus. Quod genus sermē sūt tituli apd' Val.  
Max. & nōnulli apd' Pliniū. Cæterū que extrā uitiorū  
ac uirtutū genera sumūtur, partim pertinēt ad exēpla,  
partim ad locos cōmunes. Prioris generis sermē sunt  
huiusmodi. Insignis longæuitas, uiuida senectus, senilis  
iuventa, insignis felicitas, insignis memoria, subita re-  
rū cōmutatio, subita mors, mors sp̄otanea, mors pro-  
digiosa, partus prodigijs, insignis eloquentia, insignis  
opulentia.

## DE COPIA RERVM.

opulētia. Ex humili genere clari, uafries ingenij, in signe corporis robur, insignis forma, egregiū ingenii in deformi corpore, Atq; id genuis inumerā alia. Quo rū singulis oportebit subiçere, quæ cū his pugnāt, quæ q; cū his habēt affinitatē, ut insigni eloquētiæ opponi tur insignis infatia. Finitima sūt uocalitas, felicitas in gesticulādo histriónica, et si quæ sūt huiusmodi. Posterioris aut generis sunt istiusmodi, Plurimū interest q; bus studijs puer assuecas. Magni refert, qbus cū uiuas suū cuiq; pulchrū. Facilis offensa, recōciliatio difficultis. Tutiſimū est nulli credere. Ama tanq; osurus. odēris tanq; amaturus. Bis dat q; cito dat. Fortunā sui cuiq; mores parāt. Et lenta regū irae. Et periculosa princi- pū amicitia. Et dulce inexpertis bellū. Et infida societas regni. Et optimū senecte uiatricū eruditio. Sed qd ego hæc recēdere pgo, cū sint sexcēta millia. Ergo ex his ea sunt deligēda, quæ uidebūtur ad dicēdū maxime cōmoda. Ad hūc gregē pertinēt et illa cōparatiua. Coelibatus ne felicior, an cōiugū? Vita priuata, an securus? Potior monarchia, an Democracy? Vita studiosorū, an idiotarū? Tū aut ex superioribus, si qua sunt quæ uir= tuti aut uitio uidebūtur esse cōfinia, ea licebit suo titu= lo subiçere. Ut illa. Bis dat qui cito dat. Et nihil cari= us cōstat, qd precibus emittur. Et beneficiū dādo accepit, qui digno dedit. Et nihil tā perit, qd consertur in ingratū. Et beneficij gratiam perdidit, quisquis ex= probrauit. Hæc atq; huiusmodi ad liberalitatis titu= lum re=

lū referri possunt. Verū ne indigesta rerū turba pari-  
at cōfusionē, profuerit titulos q̄ latius patēt, in aliquot  
secare partes. Liberalitatis titulū, ut exempli causa lo-  
quamur, ita licebit partiri. Si subieceris, Beneficiū  
prompte citoq; datū. Beneficiū aptū, beneficiū digno  
aut indigno collatū. Beneficiū exprobratū, Beneficiū  
mutuū. Et si qua iudicabūtur magis idonea. Nā nos in-  
dicādi gratia dūtaxat hæc ponimus. Ergo postea q̄ tibi  
titulos cōpararis, quot erunt satis, eosq; in ordinē quē  
uoles digeſſeris. Deinde singulis suas partes subieceris  
Rursum partibus addideris locos cōmunes, siue sentē-  
tias: Iam quicqd usquam obuiū erit, in illis autoribus:  
præcipue si sit insignius, mox suo loco annotabis, siue  
erit fabula, siue apologus, siue exēplum, siue casus no-  
nis, siue sentētia, siue lepide aut alioqui mire dictū, si-  
ue metaphora, aut parabola. Atq; ad eū modū pariter  
fiet, ut et altius insidet animo que legeris et assue-  
ſcas uti lectionis opibus. Sunt enim qui plurima tene-  
ant, uelut in mūdo reposita, cum in dicēdo scribēdoq;  
mīrū sint inopes ac nudi. Postremo utcunq; postulat  
occasio, ad manū erit dicēdi ſupplex, certis ueluti ni-  
dis constitutis, unde quæ uoles petas. Porrò nulla diſci-  
plina tā ſemota eſt à rhetorica, unde non facias locos  
tuos locupletiores. Nā à mathematicis, quæ remotissi-  
me uidentur, ſumuntur ſimilitudines. Quādoquidē cū  
ſphera undiq; ſuſimili: cumq; tetragono quoconq; ca-  
dat pariter quatuor angulis nixo, cōſeritur sapiē ſuis  
opibus.

## DE COPIA RERVM.

opibus felix, nec aliunde pendens. Et quæcumq; incideat  
rit fortune procella, sua uirtute firmus et immobilis:  
Ut ne dicā interim quod Theologi mysteriorū enarrā-  
tionē frequenter à mathematicis petunt, propter ar-  
canā quandā rerū, ac numerorū analogiā. Nā à Phy-  
siciis non solum parabolæ, uerum etiā exempla quædā  
petuntur. Parabola fuerit, si dicas. Quemadmodum  
fulmen summos montes frequētissime ferit: Ita summa  
potestas, grauiſſimis casibus est obnoxia. Item quem-  
admodū fulmen æs liquefacit, intacta cæra: Ita princi-  
pum animus in rebelles et obſistentes ſæuire debet, in  
cæteros uti clementia. Exemplo ſuerint Elephanti pu-  
dore in abdito coēuntes, si quis etiam in cōiugatis mo-  
destiam, ac uoluptatis diſimulationē desideret. Et Del-  
phinis ſœtus adultos diutius comitātes, nec ſinētes par-  
uulos ſuos ingredi, niſi grandior aliquis ceu pædagog-  
gus adſit, et custos. Si quis admoneat quanta cura ſer-  
uari atq; inſtitui debeat à parentibus prima illa et lu-  
brica puerorū ætas. Itaq; ſtudioſus ille uelut apicula di-  
ligens: per omnes autorū hortos uolitabit, floſculis o-  
mibus adſultabit, undiq; ſucci non nihil colligens, qd'  
in ſuū deſerat alueariū: Et quoniā tanta eſt in his rerū  
ſœcūditas, ut omnia decerpi non poſſint, certe præci-  
pua deliget, et ad operis ſuī ſtructurā accommodabit  
Sunt aut̄ que eadē nō ſolū ad diuersos, uerū ad cōtrari-  
os uſus quadrare poſſint, eoq; diuersis adnotāda locis.  
Quod genus, ſi de iſfanabili cupiditate hominis auari-

egas recte accommodabis Charybdis fabulā. Rursum, si de inexplebili uētris ingluwie, aut libidine mulieris ina exhausta: nimirū cōueniet eadē. Itē apologus Aesopi de hirco ac uulpe simul in puteū descēdētibus, quadra bit uel in prospicientiā, qua fit, ut nō aggrediare nego ciū, nisi prius apud te perpēderis, qua ratiōe queas ex plicare. Vel in factū amīcorū genū, qui cū uideantur amici cōmodis cōsulere: maxime tamē agūt suū nego ciū. Præterea ex morte Socratis nō solū ducitur exēplū, mortē nō esse formidolosam uiro bono, cū ille tā alaci uultu cicutā biberit, uerū etiā uirtuē inuidiae obnoxiam, neq; satis tutā esse in turba malorū. Rursum inutile, uel potius pniciōsum esse philosophiaē studiū, nisi te ad mores cōmunes deflexeris. Iāq; hoc ipsum factū trahi pōt̄ & i laudē Socratis, & in uituperiū. Laudādus enī qui nulla sua culpa, sed sola inuidia dānatus tā fortiter mortē neglexit. Vituperandus, q̄ inutili philosophiaē studio, neglectuq; morū cōmunū amicis acerbissimū lucū, uxori liberisq; calamitatē, sibi exitiū cōciliarit, cum alijs soleant utiles esse patriae, suis præsidio simul & ornamento. Eoq; uerè sapientis esse, relictis aliquādo tetricis illis sapientiae decretis, uulgi flūdijs & opinionib⁹ accōmodare se, temporiq; qđ aiunt, scriuire. Iam si partes exempli circūspicias, quot locos licebit elicere? Accusatus per inuidiā ab Anyto & Melyto perditissimis ciuib⁹. Locus est. Veritas odiū parit. Item alter. Insignis uirtus cōciliat inuidiā.

Rursum

D E C O P I A R E R V M.

Rursum alius. Apud iudices plerūq; plus ualeat nobilita  
tis ratio q̄ respectus honesti. Rursum alius. Nihil impu  
dentius opulentia, si cū improbis moribus copuletur.  
Quid enim absurdius q̄ omni facinore dedecorosos,  
Socratem in ius uocare? Rursum alius locus. Nō quid  
libet cuius decorū est. Eoq; Socrates non abiicit sese  
ad iudicū pedes: neq; enim cōueniebat: ut qui per oēm  
uitā docuerit mortē nō esse formidandā, nisi turpis eſe  
set, eū nunc ueluti ob mortis metū, abiecte supplicem  
esse. Quæ eadem cauſsa cōmouit: ut neq; iudiciū decli  
naret: neq; in media cauſſa exiliū eligeret: neq; postre  
mo cū liceret, ē carcere uellet effugere: ne ipse à seipſo  
discrepare uideretur. Atq; hæc quidē una pars est. De  
inde cū moriturus tā ocioſe, tāq; placide disputat: cū  
nō alio uultu cicutā bibit, q̄ quo uinam solet: cū mox  
emoriturus iocatur in Critonē: admonēs ut gallū p̄  
soluat Aesculapio. Locus est. Mortē etiā optabilē esse  
ijs, qui ſibi uitæ integræ actæ cōſcijs ſunt. Rursum alter  
locus. Cuiusmodi fuerit hominis uita, id in morte potis  
ſimū apparere. Rursum, Cōſtantis ſuīq; perpetuo ſimi  
lis exemplū eſt. Etenim cuiusmodi fuerat in omni uita  
Socratis uultus oratioq; talis erat & morituro. Tertia  
pars eſt: Dū in carcere agit Socrates interim nusquam  
Alcibiades, nusquam Agathon, nusquam Phœdrus: sed Cri  
to, Phœdon, Simias: atq; hic locus eſt, in piculis demū  
apparere, q̄ ſint uere amici. Nā uulgares illi ſibi tū cō  
ſulūt, cū in officijs cōmunib⁹ adsunt. Quarta pars eſt:

Cun⁹

Cū amicis de anime immortalitate multa disputatione, uero  
rem ac liberos cū pauca mādasset, dimittit. Locus est.  
Philosophū leuiter tangi oportere uulgaribus affecti-  
bus, id quod mire cōgruit cū doctrina Christi. Quinta  
pars est. Statim à morte Socratis, uersus est in accusa-  
tores populi furor. Socrati desiderato aurea posita  
statua. Locus erit, Vulgus temere odisse et amare. Rur-  
sum aliud: Virtutē præsentē odimus, sublatā ex oculis  
querimus inuidi. Rursum aliud: Fucatā gloriā unā cum  
uita perire, uirtutis splendorē à morte maxime clare-  
scere. Hinc arbitror liquere in quo usus idē exemplum  
possit accommodari: Similiter & in parabola fiet uelut  
in nauigatiōe, quo similia duci poterūt: Ut optimū gu-  
bernatorem tēpestas: ita optimū Imperatorem aduersae-  
res declarāt. Itē ut nemo clauū cōmittit amicissimo, sed  
nauigādi peritissimo: Ita nemo Reip. gubernacula da-  
bit ei cui studeat maxime: sed quem maxime iudicarit  
idoneū. Rursum, Quē admodū uētis nimū secūdis nau-  
tæ uela cōtrahūt. Cū parū prospeli, tū latius pādūt si-  
nus. Ita cū res uehemēter succedūt, tēperandus est ani-  
mus ne insolecat. Cōtrā, cū inimica est fortuna, tū for-  
titudine ac spe securitatem felicitatis, dilatādus ac fulciē-  
dus, Itē quoties reclū cursum per tēpestatē tenere nō li-  
cet, tum obliquis flexibus eō nibilo secius, quo puenire  
uelimus, cōtendere oportebit. Itē quoties artem uincit  
tēpestatis impotētia, tū ancorā iaciūt nautæ, uelis col-  
lectis. Ita uesantī multitudini nonnunq̄ cedendū est.

O donec

## DE COPIA RERUM.

dōne*c* oratiōe tractabilis esse incipiat. Item quēadmo-  
dū nauta nō semp eodē modo tenet uelū, uerū nūc tol-  
lit in altū, nūc cōtrahit: nunc in hoc latus, nunc in illud  
trāffert: utcunq; uētorū ratio postulat. Ita sapiēs nō in  
omni loco, omniq; tēpore et negocio, simili uitae te-  
nore debet uti: sed uultū, orationē, mores, præsentibus  
rebus accōmodare. Itē, sicut in magnis tēpestatibus pe-  
ritissimī nautae, uel ab imperito nonnunq; admoneri se-  
se patiūtur, qd' alijs alia soleāt in his casib⁹ in mētem  
uenire. Ita bonus rex in magnis Reip. periculis, nulli-  
us consilium audire grauabitur. Item ut minimo peri-  
culo nauigatur eo gubernatore, qui maximis sit iacta-  
tus periculis. Ita tutissimus est ciuitatis status, eo prin-  
cipē, q; grauissimis casib⁹ sit exercitatus. Itē ut qui cla-  
uum regit, non satis arbitratur se suo fungi officio, nisi  
circuactis oculis, qd cuiq; faciendū sit, admonuerit. Ita  
principē nō agit, nisi qui magistratū etiā inferiorum  
officia moderatur ac præstat. Itē quēadmodū insaniat  
nauta, si propter odium aliquorū, quos nauī uebit, na-  
uim perire sinat: qua perditane nec ipse posſit esse inco-  
lumis: Ita sanæ mentis non sit, qui ob factiones, patriæ  
incolumitatē non tueatur. Quæ nisi sit incolumis, nec  
ipse incolumis esse posſit. Itē, ut nō nisi sœuissimis tem-  
pestatibus sacrā ancorā nautae iacere solēt: Ita non est  
nisi in grauissimis periculis ac rebus prop̄e desperatis  
ad extrema remedia ueniendū. Sed ne ego ineptus, q.  
ista persequar, cū iam uideas aliquot similitudinū mil-  
lia hinc

lia hinc sumi posse. Nonnumq; eadē quoq; collationis pars ad diuersa trahitur. Quod genus sit. si Lunæ cōbras mutationes, uel ad fortune uices accōmodes, uel ad humanæ uitæ instabilitatē, uel ad stultorū incōstantiā. Quin eadē quoq; sententia uarios in usus deflectiatur. Ut facūdus comes in uia pro uehiculo est. Iucundior est uita si non solus agas, sed cū lepidis ac festiuis amicis cōsuetudinē habeas. Rursum: Semp bonus aliquis liber circūferēdus: cuius lectione tædiū discutias. Itē, Si te letus animus comitetur, & bene sibi cōscius, nulla p.ars uitæ sentiet tedium. hic optimus est uiae comes si leta narret. Sin turpiū factorū memoriā tibi re fricet, tedium enecat. Eadē est puerbiorū & apohthegmatū ratio, quorū usum ostendimus in principio Collectancorū puerbialiū. Prōinde quedā erunt eadē diuersis adscribendi locis, aut annotāda certe. nā sat erit aliquando tribus significasse uerbis, adscriptis autorē locis, unde peti possūt: presertim si paucis exponi nō queant. Sed iam quo res exēplo magis fiat perspicua sit titulus incōstantia, aut morū inēqualitas. Experiāmurq; quōd res ad hunc cōserri possint. Primū ē Poētarū fabulis petam Mercuriū uarias formas sumere solitum, ut est uafer Deus. nunc apud superos, nūc apud inferos, nunc apud mortales agentem, uarijs etiā fungentem officijs. Nunc Ganymedis agentē parteis, nūc nuncia perferentem, nunc animas deducentē ad Charentē, nūc negotiatoribus ac patronis operā dātē, nūc

## D E C O P I A R E R V' M.

cithara utentē, nūc uirga, galero etiā bicolorē: postre  
mo uarijs gaudentē cognominibus. Ea sunt apud Ari=  
stophanē in Pluto: Dicitur enim σφοῖς Θ., ἐμπο=  
λαῖ Θ., δόλιος, ἕγεμόνι Θ., ἐναγώνι Θ., apud  
Homerū, et apud Hesiodū διάκτορ Θ. ἀργειφόν=  
της. Dicitur et Cyllenius, et ἐριουνίος. Petā, Ver=  
turnū deū, cui inde etiā nomē qd' subide uertat formā,  
Petā Proteū, oīa uertetē se se i miracula rerū, Petā Em=  
pusā ex Aristophanis ranis. id est demonis genus, identi= 1  
tidem alia atq; alia specie se se offerētis: Itē Morpheā,  
quoscūq; uelit uultus induere solitū: Itē Circen ueneti= 2  
cijs ac magica uirga hoīes i uarias ferarū formas uer= 3  
tentē. Nā improbi secū nō cōstāt, sed diuersis agitatūr  
affectibus. Petā καιρόμ, uolubilē Deū, nunq sui similē,  
et huic similē, si uidebitur Rhampusā, Petā Iouē, nūc  
Aquila, nunc Cygnū, nunc taurū, nūc aureū imbremsa  
etū. Præterea Chimera capite leonis, uentre uirgineo,  
cauda draconis. Ac uariū illud portentū, qd' singit Ho= 4  
ratius in ipsa statim frōte artis poēticāe. Adducā et Ia= 5  
nū bifrontē, et triformē Geryonē, et Bacchū: cui poē= 6  
tæ tribuūt ευή deā, hoc est morū lenitatē ac facilita= 7  
tem, ac talē in Ranis singit Aristophanes: Et si quis sūt  
alia apd' illos, que pdigiosē uarietatis imaginē habēt:  
Adducam et Ulyssēm, quālibet protēpore personā ge= 8  
rentē. Vnde et πολύχοτοp statim in operis initio uo= 9  
cat Homerūs: deinde à Physicis petā Lunae similitudi= 10  
nem: nunq codē uultu nobis redeuntis, nūc semiplene,  
nūc

nunc plenæ, nunc emorientis, nunc renascentis, nunc pallentis, nunc rubetis, nunc albicatis, nunc antecedentis Solē: nunc à tergo sequentis. Petā similitudinē cœli uerni aut autumnalis, nūc nubili, nunc sereni, nūc tranquilli, nunc uentis cōmoti. Petā collationē maris assidue uicibus æstuarijs decurrentis: præcipue Euripi mira celeritate septies die ac nocte reciprocantis. Addā Polypū, cuius mutabilitas etiā prouerbio locum fecit. Addā chamælcontem colorem subinde mutantē. Item Patherem ac Pardū uerficoloribus maculis uariegaū aut si qđ est aliud animal huiusmodi. Adiūgam pueritiae in horas mutatū ingeniu. Adiūciā mulieris peculiarem inconstantiā: uulgas leui momēto mobile. Præterea argēti uiui miram mobilitatē. Arūdinem ad omnem auram facile mobilē. Foliorū arētium, plume ramenta & leuitatem. Cæræ flexibilem, ac molle m naturā. Somniorū incōstantiā, rotæ uolubilitatem. Adducam laminam, quæ summis turriū, ac temylorū fastigijs solet imponi, quo uentū circuactu suo indicet. Adducā bilibrem, facili momento huc atq; illuc uergente Adducā opus uermiculatū, uerficoloribus tessellis, miram uarietatem ostentās. Quædā etiā ingenio finguntur. Veluti si quis cōparet incōstantis hominis animū, nunc hoc nunc illud cogitatīs, speculo rotundo in foro frequentissimo suspenso. quod huc & illuc discursante turba, figuris innumeris uarietur: Aut uitro, quod quēcunq; colorem subieceris, eū imitari uidetur. Aut

DE C O P I A R E R V M.

pensili chalybi, qd' hinc atq; hinc admotis magnetibus,  
quorū alter allicit ad se, alter deppellat, leui momen-  
to nūc huc nunc illuc rapiatur. nec unquā cōquiescat.  
Aut sphærā in plāno uolubilē. Iā ex h[ist]orijs mutuo su-  
mam, Græcorū genuinā leuitatē, quā describit Iuuenā  
lis. Lubricā Allobrogū fidē. Pœnos simili morū incon-  
stantia. Scythaſ indies mutatis pascuis, nullā certā in-  
colentes sedē. Virgā Moysi subinde in aliā atq; altiam  
uersam ſpeciem. Aristippū quāuis agentē personā, ut  
quem omnis (ut inquit Flaccus) decuit color, nunc Cy-  
nico utentem pallio, nunc regia purpura. Item Ημι=  
Αεukop illū, de quo meminit Lucianus. Catilinā uario  
ingenio, ex Salustio. Hāmbalem ex T. Liuio. Ex Val.  
Max. qbus aliis fuit uitæ tenor in adolescentia, atque  
in ſenectute. Rursū extertia Horatiſ ſatyra Tigelliū  
Nil æquale homini fuit illi, ſaþe uelut qui Currebat ſu-  
giens hōſtē, per ſaþe uelut q Iunonis ſacra ferret &c.  
E' comœdijs exemplū ſumetur muliebris inconstantiæ.  
Soflata in adelphis. An mi homo ſanus ne eſſe an hoc  
proferendum tibi uidetur eſſe uſpiam? Ac paulo poſt.  
Ah minime gentiū nō faciam, proferā, Amantiū incon-  
ſtantia, exprimet Phædria, è rure repente rediēs. Pue-  
rile inconstamtiam Antipho ex Phormione. Sed hoc  
persequi per longū eſt. E' tragœdijs mutuabor Phœ-  
dram uariatis ſecū ſententijs, nunc uolentē, nūc nolen-  
tem. Medeā item ante filiorū cædem, diuersis agitā  
eſſe clibus. Ab Ouidio Bibliadem, Narcifſum, à Marone

Dido nem,

Didonem, iā Aenea parāte discessum. Atq; hoc genus  
 innumerabiles psonas paſſim exhibent Poëtæ. ex apo-  
 logis allegabo rusticum illum, qui, Satyro admirante,  
codem ex ore modo calidum, modo frigidum efflabat.  
 Et si qui sunt alij. Nam in præsentia ratione m duntaxat  
ostendimus. E' prouerbijs mutuabor. πλῶ παναγοῖς  
αρ ἀρτεμίη. Item ἀνέμος παιδίοις. Et ἐνμεταβο-  
λώπες θυνόεντες. Et ὑδροῦ ποικιλόπες. Et  
λιθυκόρ θηρίοις. Aliaq; cōsimilia. Nā ipsi in Prouer-  
bijs locos adiunximus unde ista peti possint. Et saxum  
quod subinde uoluitur, non obducitur musco. Et arbor  
que subinde transplantatur, nō grandescit. Rursum ex  
Apophthegmatis addam illud dictum in Cicerone, Dua  
bis sedere sellis. Et in eundem à Salustio scriptū. Ali-  
ud stans, aliud sedens loquitur. Ex Homero οὐδὲν γόγ  
οὐδὲν οπ: Sic enim uocat Martem incertarū partium,  
quiq; nunc cū his sentit, nūc cū illis. Ex Ouidio, ni fal-  
lor. Et tantū cōstans in leuitate sua: Ex Horatio. Leui-  
or cortice. Et Mutat quadrata rotundis. Et Romæ Ty-  
bur amo uētosus Tybure Romā. Ex Plauto. Tipula le-  
nior. E' Teretij Phormione. Volo nolo. nolo uolo. qd'  
dictū est, nō dictū est ετ. Ex Euripide, τωλάγια γῆς  
φεονεῖς, τὰ Μυῶν, τὰ δὲ τάλαι, τὰ δὲ λατίνα.  
Iam apparet opinor, quanta huius quoq; generis su-  
pellex ex tot scriptoribus colligi possit. Eadem est  
sententiarum ratio, quas non tantum ab autori-  
bus sumere: uerum etiam pro re nouas parere licet.

## DE COPIA RERVM.

Quibus omnibus si totidē opponas cōtraria: deinde  
subiunxeris utrinq; finitima: nimurū q̄ immensus ora=  
tiōis penus futurus sit uides. At cū tā uarius sit usus, id  
qd̄ diligētius ostēdemus in opere de ratiōe cōscriben=

darū epistolarū, nihil erit quod nō aliquo pacto possis  
ad locupletandā orationē accōmodare. Quādoquidē  
cōtraria quoq; adhibētur uel per ironiā, uel per diſi=

mile, uel per cōparationē. Per ironiā: ut si q̄s hominē  
nunq̄ sui similē Socratē appelle, q̄ in omni uita sem=

per codē u:us est uultu. Per diſimile. ut si dicas. C. Iu=

liū Cæsarē nullus unquā facili pœnituit. hic nihil unquā  
decreuit, qd̄ non mox rescederit. Per cōparationē si di=

cas. quām Cato ille, quē Cicero præfractū uocat à sen=

tentia nō potuit abduci, tā hic nō potest in eadē retine=

ri sententia. Porro finitima que sunt, facili deflexu, ad  
uicina trahuntur. Quod genus Persianū illud. Tecū ha=

bita. Nā & si proprie quadrat in eū qui maiora moli=

tur, q̄ pro sorte sua: tamē quia nō esse sua sorte cōten=

tū, cū inconstans cognitionē habet, huic torqueri po=

terit: præsertim cū Seneca scribat. Frimū argumētū

cōpositae mentis exstimo posse cōsistere, & secū mo=

rari. Quin eadē simul & in laude m torqueri possunt.

Vt si omniū horarū hominē, uersatiliq; ac dextro inge=

nio laudes, ex inconstans penario sumes Polypū, ad

speciem subiecti soli mutātem colorē. Sumes Euripū,

ac negabis mare hoc esse tā uersatile, q̄ huius sit inge=

nū. Sumes flammā stare nesciā. Si mes cœlū subinde  
alia

alia facie. Sumes arundinem ut cunq; flauerint auræ, flectentem sese. Dices sapientis esse, pre nata, pro tempore, pro loco mutare sententiā, ac uitæ rationē. Stupida saxa, ac bruta tellure munam nō moucri. Cæterū ex animatibus ut quodq; præstatiſimū est, ita maxime mobile esse. In uniuersa natura, quo quicquam preclarius est, hoc à quiete lōgius abesse. Infima est quæ non mouetur terra. At mobilis aqua, mobilior aër, ignis hoc quoq; mobilior, cœlum q; maxime mobile. Prōinde mentē hominis, aurā atq; ignem ab antiquis uocari. Cōtrà stultos, tardos, stupidos, lapides, plumbum. In quas res maxime cadit cōstantiæ uocabulū. Per huiusmodi locos pleraq; ē cōstantiæ supellecile ad uituperandū traxeris, & ex incōstantiæ ad laudē detorseris. Verū de his, ut modo dictū est, aliās tempestiuius. Nūc reliquas dilatandi sermonis rationes persequamur.

### De partī rhetoricaū multiplicatione.

Crescit oratio numero partī orationis. Ut enim qui breuissimus esse studet, quam potest paucissimis utitur partibus. Ita qui dilatari cupiet, etiam legitimis illis et arte præscriptis partibus aliqd accessionis curabit adiungere. Nā cū in summa tria sint oratoris officia, docere, delectare, flectere. Cui placet breuitas, is uno cōtentus tālū docebit. Cui copia, simul omnibus utetur: idq; in omnibus orationis partibus non solum in peroratione aut exordio. Rursum qui studet breuitati, poterit narratiōe, aut hac quoq; prætermissa, si cauſera

## DE COPIA RERVM

tio patietur, esse cōtentus sola probatione. Atq; hæc etiā ut omitti tota nō potest: ita potest coarctari cohiberi-  
q;. Cōtrā qui copiā affectabit, nō modo sex illis utetur:  
Exordio, narratiōe, diuīsione, cōfirmatiōe, cōfutatio-  
ne, peroratiōe. Sed et suo loco latius explicabit exor-  
diorū locos: et in tota oratiōe, quoties causa præbe-  
bit opportunitatē exordiola quædā admiscebit, qbus  
fauorem, attentionē, docilitatē retineat atq; renouet:  
aut tædiū discussiat, aut quæ dicturus sit præmolliat. In  
cidūt aut̄ huiusmodi persæpe. Docilitatē potissimū re-  
nouamus cōmodis trāsitiōibus, quarū formulas aliquot  
supiore cōmentario proposuimus. Quod genus fue-  
rit. Audit̄is largitione, corruptela, sanguine, stupro ac  
fœdissimis artibus paratū honorē. Nūc ostendā illud  
qd' turpiter est adeptus, turpius administrasse. Attentio  
renouatur hisce fermè modis. Magna sunt hæc, sed le-  
uia præ his quæ nunc dicturus sum. Et nūc ad ipsum rei  
caput accedo. Prōinde quoſo ut hæc animis q̄ maxime  
attentis audiatis. Et, Sed his lōgius fortasse sum in mo-  
ratus, cetera paucis ac dilucide expediā. Si mihi, sicut  
ante hac fecistiſ, aures atq; animos præbere uelitis.  
Et latius paulo repetam: sed ita uerba sum facturus, ut  
neq; sine fructu, neq; sine uoluptate suis audituri. Atq;  
id genus alijs modis (nā bis mille p̄ rei natura finci pos-  
sunt) Tædiū discussit̄ aut excluditur hoc modo. Rogo  
diligēter auscultetis. Prima fortasse frōte minutū uide-  
tur quod tracto: uerū si paulisper attēdetis, intelligetis  
nimicrum

L I B E R S E C V N D V S. 110  
nimirū sub hac specie maxima Recip. pericula occulta  
ri. Et quæso patiamini me paulisper. mox aperiā quor  
sum hæc spectet, & nūc rē ante hac inauditā audietis  
Et rē accipietis omnīū maxime ridiculā. Porrò fauor  
ijſdem ratiōib⁹ renouatur, qbus paratur. Insup et ar  
gumentamur aliquoties in exordio. Si qd erit amolien  
dū, qd' alioqui sit offuturū reliqua differēti. Verū id nō  
niſi cōſilio ex rei circūſtantijs ſumpto. Narratio p̄r̄e-  
terquam qd' aliquādo fusi⁹ explicatur, et omnibus ar  
gumētis atq; affeclib⁹ expletur, etiā cresci⁹ ēpiſt̄i⁹  
œi. Ea eſt, ut ostendit Fabius, repetita narratio, quo-  
ties res paucis, ac ſimpliciter expoſita, denuo fusi⁹ et  
ornatius eadē enarratur. Id qd' fit uel inuidia, uel mif-  
ratiois cauſa. Præterea crescit itē egressione ſubiecta  
quod ita demū p̄mittit Fabius, si excuſus ille ſic adhæ-  
reat, ut ſit quaſi narratiōis finis. Veluti ſi arox fuerit  
circ̄ à finē narratio, prosequamur eā ueluti ſpiritu pro-  
tinus erūpente, indignatiōe. Atq; id quidē in cauſis ſe-  
rijs ac periculosis. Cæterū in re ad oſtentationē para-  
tanihil uetat: quo minus expoſita re, in locum aliquē  
quam maxime plausibilem & amoenum expatieris.  
Quo ſimul et narrationis tedium abſtergas, & uolu-  
ptate ſermonis ad futurā probationē reddes alacrio-  
res. Hi loci cuiusmodi ſint, ſuperius eſt demonstratum  
Propoſitio dilatabitur priuam, ſi pro ſimplici, dupli-  
ci, aut multipliци utemur: etiam ſi una ſuſ ſatis, propte-  
re a quod alios alia mouent. Ut ſi feciſſet, pramio ma-  
gis quam

## DE COPIA RERVM.

gis, q̄ supplicio dignus erat. Autres hæc nec est honesta, nec expedit, nec sine summo periculo fieri potest. Quod si maxime sit honesta, maxime expedit, maxime sit tuta. tamē fieri nō pōt, ut cōsequamur. Deinde, si nō nudam omnino, sed argumentis obiter interiectis et affectibus accēsam p̄feremus. Qualis est illa Ciceronis pro Milone. Hæc sicut exposui, ita gesta sunt iudicces, Insidiator superatus, ui uicta uis, uel potius oppresſa uirtute audacia est. Deinde miscet affectus. Nihil dicō qd Respu. cōsecuta sit. Nihil quid uos, nihil quid oēs boni: nihil sanē id profit Miloni, q̄ hoc fato natus est: ut ne se quidē seruare potuerit, quin unā Remp. uosq; seruaret. Deinde argumēta cōgerit. Si id iure nō posset, nihil habeo qd defendā. Sin hoc etratio doctis, et necessitas barbaris, et mos gentibus, feris natura ipsa præscripsit, ut oēm scmp uim, qua cumq; ope possint, à corpore, à capite, de uita sua propulsarēt. Nō potestis hoc facinus iprobū iudicare, qn simul indicetis omnibus q̄ in latrones inciderint: aut illorū telis, aut uestris sentētijs esse pereundū. Mox credit ad affectus. Quod si ita putas, et certè optabilius Miloni suit iugulū dare Pub. Cludio non semel ab illo, neq; tū primū petitū, q̄ iugulari à uobis: qa se illi iugulādū nō tradidisset. Atq; item in sequentibus cōtrouersiā cōstituēs: nā locus est notus: repetit summā argumentorū, qbus usus fuerat ī exordio. Id tamē si magis licuit Ciceroni, propterea qd in exordio quæstiōes aliquot tractauerat: tamē idē et alibi

et alibi cōtinget uerbis cōmode interiectis. Maxime in  
enumeratiōe aut expositiōe. que est altera diuisionis  
pars, de qua suprā nō nihil attigimus, cū de ppositioni  
bus ageremus. Quod genus fuerit, si dissuasurus Cicero  
roni ne uitā ab Antonio accipiat, ex usl Philippicis,  
sic pponas. Primū illud uide mi Cicerō, num te dignū  
sit, ut īmortalē ingenij tui famā, tot paratā sudoribus:  
quaq; tuos oēs illustrasti, ob tātulū æui, qd' tā grādi lon  
gū supesse nō pōt, exusto pulcherrimo omniū monumē  
to repēte aboleas. Deinde num forti uiro, qui semp o=  
mnia poshabuerit libertati, ferendū sit, ut uitā rerum  
omniū optimā, & in qua sunt oīa, debeat ei portento,  
cui quois etiā nomine obnoxius esse nemo liber uelit  
Postremo uideat, ne parū prudētis sit in re tāta, fidē ha  
bere hosti perfidissimo, qui nec amicis unquā fidē ser=  
uarit. Neque perspicere, qd' uel cæco appareat, nihil  
aliud agere uersutissimū carnificē Antoniū, nisi ut to  
tum extinguat Ciceronē. Nā simpliciter proponi potc  
et hoc modo. Primū nō est tāti uita. Deinde miserum  
debere uitā inimico. Postremo decipere cupit Antoni=us nō seruare. Quod si qua ppositio durior uidebitur,  
eā oportebit, uelut exordiolo præmollire: Ut si propo= sueris laudare Platonis dogma de uxoribus cōmuni= bus, ut hoc exēpli cauſa sumatur, dices nō te fugere, te  
rem omniū sententia absurdissimā polliceri. Verū il= lud orabis, ut tāti per iudiciū suū differat, donec argu=  
mentorum summā audierint, nihil diffidere te, quin pe=

nitus

## DE COPIA RERVM.

nitus exposita re sint in diuersam sententiā pedibus ita-  
ri. Tantū illud cogitent, hoc quicquid est, nō esse teme-  
re dictum à tāto philosopho, quiq; ceteris in rebus ob-  
excellētiam ingenij, diuini cognomē proueruerit. Ve-  
rū qd' in formis hominū, idem in rerū iudicio usu ueni-  
re. Quasdā si procul et oscitāter aspicias, nihil uenisti  
us, fūco uidelicet oculis imponente. Si nō propius ac fixi  
us cōtempleris, iam qd' paulo ante mire blādiebatur  
oculis, maiore in modū incipit displicere. Silenis, nisi ex-  
plices. quid magis ridiculū? Si nō explices, qd' augusti-  
us? Adeo ueritas latet in abdito, nec oportet in dijudi-  
cādis rebus populū authorē seq, cui sēper pessima pro-  
optimis probari cōsucuerint. Ergo seposita, paulisper  
recepta illa & animis penitus in fixa opiniōe, rem ip-  
sam iudicio perpendāt, nec prius in hāc aut hāc partē  
fleat animū, quām totū argumentorū orbē accepe-  
rit. Quedā enī fore, que per se stulta uideri possint, Ve-  
rū si quis inter se cōiuncta perceperit, is demum ueri-  
cōcētum, & harmoniā sensurus est. Huiusmodi præ-  
fatiuncula pro caussae natura cōmode adscita, nōnunq;  
expedit auditoris animū, ad secuturā argumentationē  
præparare. Iā uero probatiōes, præter eas locupletan-  
diratiōes, quas supius ostendimus, crescūt labefactiōes,  
seu præparatione et adseueratiōe. Labefactamus autē  
seu præparamus duobus modis. Propositiōibus. Nunc  
aut uoco ppositiōes nō que sumā caussae cōpletātur  
sed ueluti singulariū partiū collectiōes seu cōclusiōes,

quas ora=

quas oratoribus mos est initio argumentationū pponere, et easdē in fine uehemētius p affectus aut p epī logū repeterē. De hoc genere dictū est superioribus titulis. Præterea cū ita pponimus, ut ipsa oratiōis figura fidē abrogemus, aut cōciliemus. Cuiusmodi est illud Ciceronis p Milone. Sed anteq ad eārationē ueniā, q̄ est p pria nostrā quæstionis, uidetur ea esse refutāda, q̄ in senatu s̄epe ab inimicis & iprobis iactata sunt, et in cōcione etiā paulo ante ab accusatorib⁹. Cū inimicos et iprobos noiat, iam hoc ipso nō parū fidei abrogauit aduersariorū ppositioni. Deinde ppositionē ipsā p ironiā eleuat. Negant intueri lucē fas ei, qui à se hominē occisum fateatur. Nā atrocitas illa uerborū. Negant intueri lucē fas, pro eo quod erat puniendus est, cum irrisione pronuncianda est. Adiunguntur hīmōi præparationes singulis etiam collectionū partibus. Quandoquidem eodem in loco Tullius exēplis refutaturus, quod erat propositū, ita præparauit. In qua tandem urbe homines stultissimi hoc disputāt. Deinde adiungit exempla. M. Horati⁹, cum sororem occidisset, absoluti. His non absimiles sunt asseuerationes, que cum argumenta non sunt, tamen s̄epenumero pondus habent argumenti, si probationibus admisceantur. Ut quis tam cœcus qui hoc non uideat? Quis tam impudēs, ut neget? Et illud: Stultius est quām ut reselli debeat? Quis enī non intelligit? et cetera. Et perfici faciem, et aude negare. Hæc cum ita sint, quæ tandem im-

## DE COPIA RERVM.

dem impudētia est &c. Locupletatur et singule colle  
ctiōes epilogis particularibus, quae summā rationū pau  
cis cōprehēsam, auditori denuo sub oculos reuocant,  
ut maiore cū fide cōclusio succedat. quā qdem ī re frē  
quēs est. M. Tullius: propterea qd' latius explicit argu  
mentationis aciem. Huius generis exēplū erit illud ex  
oratiōe pro Pōpeio. Quare uidete, num dubitandū uo  
bis sit omni studio ad id bellū incūbere, in quo gloria  
nomini uestri, salus sociorū, uictoria maxima, fortu  
næ plurimorū ciuiū, cū Repu. defendūtur. Deniq; crea  
scūt & excursionibus per amplificationē, ut singulis  
probatioib⁹ suos affectus adiçiamus, ad qd' proprie  
destinata est cōclusio. Quā si copiosam esse uolemus,  
geminā efficiemus, ut simul & per epilogū præcipua  
argumenta recensēatur, & affectū omne genus per  
oēs locos tractetur. Eos ex Aristotele et Quintilianō  
petere licebit. Quin et Poëtae in hoc genere miri sunt:  
inter affectus aut̄ ponēda delectatio: quanq; hæc nō in  
peroratiōe tantū, uerū in tota oratiōe, cū res feret, de  
bet admisceri. Porrō quid cuiq; iucundū sit Aristoteles  
in affectū locis diligēter prosequitur, & de facecijs.  
M. Tullius, Quintilianus de risu scripsere, traditis io  
candirationibus. Sunt item & figure, quae ad oratiōis  
iucunditatē pertinent: quas nō magni negocij est ex ar  
tis præceptis petere, & à nobis nisi multis uerbis re  
ferrī nō poterāt. Delectat & allusiones, sed agnoscer  
tem duntaxat, Itaq; in loco sunt adhibendæ.

Epilogus.

## Epilogus.

Ergo cui placebit Laconica illa breuiloquētia pri-  
mum atticorum exemplo præfationibus & affectibus  
abstineat. Rem simpliciter ac summatim exponat. Ar-  
gumentis non omnibus utatur. sed præcipuis dūtaxat:  
eaq; nō explicatim. sed cōfertim adhibeat, ut in singu-  
lis propè uerbis sit argumētatio, si quis explicare ue=  
lit. si docuisse cōtentus, ab amplificatiōibus, ab assecuratiōibus,  
à similibus, exēplis, sententijs, epiphonema-  
tis, fabulis, apoloγis, allusionibus, facetijs tēperet. Nisi  
quid horū ita erit necessariū, ut citrā flagitiū omitti nō  
queat. Item ab omnibus figuris, quæ uel amplā, uel illu-  
strem, uel acrem, uel ornatā, uel iucūdam reddūt oratiōne,  
abstineat. Rem eandem ne alijs atq; alijs formis  
tractet, & ita singula uerbi significatiōibus explicet, ut  
multo plus intelligatur q̄ audiat, & aliud ex alio col-  
ligi possit. Contrā qui copiam sequitur, singula dilatare  
studebit his fermē quas dixi rationibus.

## Quid utrobiq; uitandum.

At caueat uterq; ne, quod ferē fit, affectione in fi-  
nitima uitia delabatur. Breuitatis amator uideat ne tan-  
tū hoc agat, ut pauca dicat, sed ut optima quām potest  
pauciſſimis. Et cui placet Homericū illud παῦει μερι-  
cīde placeat, & hoc qd' protinus sequitur, ἀλλὰ μα-  
λά λιγέως. Et cui probatur οὐ πολύμυθος, nō præ-  
termittat, et hoc qd' statū subiicitur, οὐδὲ ἀφαμαρτο-  
πῆς. Nā nihil æque cōuenit breuiloquentiæ, quā uer-

## DE COPIA RERUM.

borū p̄prietas & elegātia. Cui si accesserit simplicitas, facile uitabitur obscuritas, uitū, qd' plerūq; breuitatis studiū comitari cōsueuit. At hic rursum uidendum ne frigescat oratio, dum nullis affectibus inflāmatur. Proinde res ita ponetur ante oculos, ut p se nonnullos aculcos tacite infigat animis. Tum oīa Attico lepōre cōdicenda erunt. Illud in primis cauendū, ne breuitatis studio necessaria dictu prætermittamus. Cōtrà qui copiā petet, delectū itē adhibeat oportet, et uerborū, & rerū & figurarū. Nec rationes sint sutiles, exēpla parū idonea, sentētiæ frigidæ. excursus æquo lōgiores, parū q̄st̄pestiū, ne schemata durius affectata. Quapropter ordinis ac dispositiōis, summā oportet habere ratioñ, ne rerū idigesta turba, totus sermo piurbatus sit et cōsusaneus. Et ubiq; tædiū uarietate, iucūditate risuq; leuādū. Varietas potissimū petitur à figuris, et ab eis dē iucūditas. Risus ab his præceptis quæ tradidit Cicerō. Sūt aut & peculiares partiū uarietates nō negligē dæ. Próinde expediet plurimas exordiorū formulas in prōptu habere. Sūt & narratiōis cōplures modi, sunt argumētationū diuersæ formæ: neq; simplex affectū natura, sed hæc à rhetorū præceptis petātur, oportet. Admonendū hoc quoq; ne quouis in loco parē copiā affectemus. Sunt enim quedā sterilia. Verū relictis his quæ natura copiā nō admittūt, partes maxime sœcandas ac tractabiles deligamus. Nisi forte periclitādi aut ostentādi ingenij caussa, libeat aliquādo ex musca, qd' aiunt,

L I B E R   S E C V N D V S.   117

aiunt, Elephātū facere. Quemadmodū Fauorinū sc=brim, Synesius caluitū, nos Stultitī Encomio, & anco=rā Aldinā laudauimus in puerbijs. Sed in exercēdo de=tur uenia, si luxuriet adulescēs. Ceterū ubi nō luditur, sed res seria cū piculo agitur, ibi rhetor nō stultus adhi=bito cōsilio, copi.e modū ex utilitate caussē metietur.

D E S I D E R I O   E R A S M O   R O-

terodamo, Iacobus Vuimphelingius Seletstadi=nus, nomine Sodalitatis literariae Argētiñen. S:

Vmento nōnunq̄ inceptor, mātice & sarcinæ im=ponūtur: sic & mihi ueterano, minusq; idoneo, So=dalitas literaria apd' Argētoracū id oneris iposuit, ut te omniū noīe saluū iubēā, tibi bene esse exoptem, tu=as literas que status tui certiores nos efficiant, ad nos ppediem mittēdas expostulē. Credimus te quoq; à Ba=siliensi gymnasio humaniter exceptū: atq; perbenigne soueri inter doctos doctissimū. Præcipue uero in con=uictu philosophico, nihil tibi qd' iucūditatem præstare possit Beatū Rhenanū, qui te alioq; colit, amat, obser=uat, speramus negaturū. Commēdat se se tibi uniuersa nostra sodalitas literaria Sebastianus Brātus, Iacobus Sturmus, Thomas Rappius, Thomas Aucuparius, Mat=thias Schurerius, Ioānes Rudalsingius, Stephanus Tie=lerus, Ioānes Guida, Petrus Heldūgus, Hieronymus Gebuilerus, Ioānes Ruserus, Otomarus, & cæteri, quorū noīa me fugiūt, & ego in primis. Vale. Ex Argētoraco, prima Septēbris. Anno M. D. XIII.

DESIDERIUS ERASMVS ROTERO  
damus, Iacobo VVimphelingo, Germanus Germano,  
Theologus Theologo, Literarum scientissimo,  
Literarum sipientissimus S. D.

**Q**uid ais mi VVimphelinge? Ita ne tu uocas istud,  
obui clitellas, qd' tibi potissimum ad nos scribēdi  
datū est negociū: At mihi planè uidetur  
illud, qd' græci dicūt προμαχόμενοι. τὸν ἵππον εἰς  
πεδίον. Nā cuius humeris aptius ista sedisset sarcina:  
aut cui rectius hoc muneris delegare poterat Argēti= =  
nēsis illa sodalitas (sic enī tu uocas) nō literatissima mo= =  
do, sed et humanissima, quām Vuimphelingo cū bonarū  
literarū apd' suos facile principi, tum oīs humanitatis  
antisliti? Neq; uero cōmisurus erā, ut uos anteuertere  
tis officio literarū, ni labor hic recognoscēdi, locuple  
tādiq; meas Annotatiōes, quas in nouū scripsimus Te= =  
flamentū: ita totū me sibi affixū, ac ueluti pistrino alli  
gatū haberet, ut uix etiā capiendi cibi suppetat ocīū.  
Nō enim usq; adeo stupidus est Erasmus, ut tā in auiditā  
in se benignitatē, nō intelligat: Neq; tā obliuiosus, ut nō  
meminerit: neq; tā incivilis, ut dis̄simulet: neq; tā ingra  
tus, ut nō p̄ virili conetur respōdere. Nā quoties mihi  
uenit i mentē tā celebris eruditissimorū homīm cōetus, q̄  
obuijs ut aiūt, ulnis me nouū hospitē exceperit, q̄ singu  
lari cōsuetudinis iucūditate sessū resecerit, quāta beni  
gnitate souerit, quāto studio germanū suū cōplexus sit:  
quāto cādore, quāq; amice suspererit etiā, hūc homun  
tionem

tionē lōge positiū infrā mediocritatē, qbus ornari tū im-  
mo pene onerari officijs, quām hospitaliter dumiserit,  
q officiose pduxerit, partī apd' me pudore quodā sus-  
fudor: quippe mihi cōscius, q istis tā magnificis officijs  
nō respōdeat nostra tenuitas, & curta, quē admodū ait  
Persius, domi supellex. Partī Germaniae nostrae gratu-  
tor, quē tā multos tā eximios gignat, et alat uiros nō so-  
lū omni doctrinæ genere præcellētes, uerūctiā pari mo-  
rū integratate pariq; modestia præditos. Quin et ipse  
mibi (cur enī nō effundā in sinū tuū affectus meos) nō  
nihil placebo, blādiorq; qd' uiris lōge pbatissimis uide-  
ar, nō ausim dicere, pbatuſ, sed certe nō improbatus  
fuisse. Neq; enī usq; adeo pſricui frontē, ut istas laudes  
quas mihi uos tribuitis, agnoscā. Et tamen nō nihil fa-  
ueo meis laudibus, quas ego certe sic interpretor, ut  
existimem in hoc tributas, quo uel adhortaremī cef-  
santē, uel animū adderetis parū forti, uel amicū nudu-  
lū ueſtris opibus ornaretis ac locupletaretis, quasi nō  
pecuniā modo, uerūctiā gloriā oporteat inter amicos  
esse cōmunē: Nā nec errare iudicio possunt tā eruditī:  
nec derident tā amici, nec adulantur tā integri, nec si-  
mulāt Germani. Dicerē amore lapsos, n̄ s̄ hic ipse ue-  
ſter in nos amor ē iudicio natus eſſet. Neq; enim ob id  
me talē iudicastiſ, quod immodice amaretis, sed ob id  
cōpistiſ amare. quod talē iudicaueritis. Atq; utinā ali-  
quam & iudicij ueſtri portionē mihi poſsim adſerere.  
nullā proſectio gloriā malim quam taliū uirorū calcu-

lis approbari. Verū hoc magis debeo pro uestris latta-  
dibus, quo minus promereor. Siquidē meritā laudē ali  
quoties & iniucus tribuit inimico. Eius nomine debe-  
mus maxime qd' gratuito donatū sit. Sed ut finiā, siue  
residi calcār addere uoluistis, debeo p studio, siue puti-  
dulū erigere, debeo p officio. Siue nudā corniculā ue-  
stris plumis exornare, debeo p benignitate, siue facit  
amor qdā in nos propēsior, ut talis uidear, qualē præ-  
dicatis magis debeo pro tā singulari benevolētia. Siue  
est in me nōmībil corū quæ tribuitis, debeo pro tā can-  
dido suffragio. Iam uero non me fugit, & illud uobis  
deberi, qd' ornatiſsimus Argētinēsis Reip. uterq; præ-  
feclus magistratus, qui me præsentē tā admirāda com-  
plelebatur humanitate, tā nō uulgari psequebatur ho-  
nore, nūc absentē, & tā procul absentē, salutatiōis offi-  
cio p sequitur. Negas futurū, ut unquam illis ueniā in  
obliuionē: Imō ipse nūnq; desinā istos uere proceres et  
meminisse, & dictis pariter ac scriptis pro uirili cele-  
brare, qbus emoriar, si quid unquam uel expertus sim  
humanius uel uiderim omni uirtutū genere cumulatius  
Crede mihi VVimphelinge nullo sermone consequi-  
que am nedū epistola, quantā omnino persenserim uo-  
luptatiē: quāq; iucundū mihi fuerit spectaculū, antiquae  
cuiuspiā, ac philosophicē ciuitatis uidere simulachrū,  
tot egregios optimates, uel ipsa, qd' aiunt, frōte, totoq;  
corporis habitu, singularē prudentiā, summā integri-  
tate, ac planē maiestatē quandā præse ferētes, sed mi-  
ra con-

ra cōditā modestia. Felicē se fore putat apud Homerū  
Agamēnon, si sibi decē cōtingat Nestori similes. O' sa  
pius felicē Augustissimū MAXIMILIANVM, cui tot  
sunt in una Repub. Nestores, uel potius Scipiones &  
Catones, aut si qd his quoq; uel sapiētius, uel incorru-  
ptius. Si quādo grauitatē hominū cōtemplabar, pror  
sus ueteres illos Ariopagitas mihi uidere uidebar. Si ma-  
rum integritatē multos Aristides uidere me putabā: Si  
mores placidos ac sedatos, meros Fabios imaginabā.  
Rursus ubi uictus & cultus sobriā mūdiciem, & mun-  
dā frugalitatē perpendebā. Priscorū Lacedæmoniēsū  
imago quādā obuersabatur animo. Demū quoties in-  
spicerem, ut mira quādā tēperatura factū esset, ut uicis  
sim et severitatē cōdiret morū comitas, et comitatē or-  
naret grauitas. illa quādā laudatissima Massiliensium  
Respu. se nobis repræsentabat, que miris modis Ro-  
manā disciplinā, cū græcorū urbanitate copulasse le-  
gitur, prorsusq; his suis institutis, ut ab una uirtutum  
omniū ciuilū exēpla oīa peti possent. Licuit apd' nos  
in una ciuitate, cunctarū laudatarū dotes conspicere.  
Romanorū disciplinā. Atheniēsū sapientiā. Lacedæ-  
moniorū cōtinentiā. Maiorē in modū me delectabat  
mirificus ille rerum cōcentus ex diuersissimis uelutiso-  
nis in summā modulatus cōcordiā. Videbam tot senes  
absq; tristitia, tot imaginibus illustres absque fastu, tot  
potentes, absq; supcilio. tot plebeios clarissimorū he-  
roum ornatos uirtuibus tātū hōim numerū sine illa

turba. Deniq; uidebā Monarchiā absq; tyrānide. Ari-  
stocratiā sine factiōibus. Democratiā sine tumultu, o-  
pes absq; luxu, felicitatē absq; procacitate. Quid hac  
harmonia cogitari pōt felicius? Vt in hmoi Remp.  
diuine Plato tibi cōtigisse incidere. Hic nimirū, hic li-  
cuisset illā tuā ciuitatē uere felicē instituere. Diuus Hic  
rōnymus in epistolā facūdissima, pariter & eruditissi-  
ma, quā ad Gerūtiā scripsit de Monogamia inclytæ ci-  
uitatis istius facit mētionē, ut intelligas & olim fuisse  
nobilē, eamq; tū à Barbaris euerſam deplorat. Quid  
si nūc eandē confisperet? Vnā tribus irriguā fluijs, sic  
munitā, sic & opibus florētē & ciuibus. Sup oīa tali-  
bus ornatā institutis, à talibus gubernatā pceribus? An  
nō illi nomē cōmutaret, proq; Argētorato, Auratā ap-  
pellaret? Adde his, qd' diutina iam pace fruictur īmunis  
ab expilationib; īmunis ab iſanissimis bellorū tumul-  
tibus, qbus iam annis aliquot mūndus ferē miscetur uni-  
uersus. Fruictur clemētissimo prīce MAXIMILIA-  
NO, cuius potētiā nō aliter sentit, niſi cū illius benigni-  
tate sapiētiaq; iuuatur. Atq; hæc de mū uere magno im-  
peratore digna laus. Ut n. mūndus hic dei potētiā nō  
alijs modis expitur, q illius ī se beneficētia, ita pulcher  
rimū ē imperiū, quod ciuiū libertatē tuctur, nō oppri-  
mit quod opes suorum auget, nō exterminat, quod o-  
mnia reddit florētiora. Huiusmodi est summi numinis  
imperiu in mundū. Hmoi animi ī corpus, ut ubiq; pro-  
fit, lædat nūsquā. Verū hisce de rebus dabittur alibi lo-  
cus

icus copiosius, et exactius differendi. Iadūdū finē exigit epistola, et interpellat intermissi labores. Proinde fac ut egregijs istis, et optime de me meritis primatis bus. Nominatim aut̄ clarissimo viro Henrico Ingoldo Argentinensis Reip. praefecto maiori, reliquisq; pccr-  
bus optime de me meritis, uicissim meo noīe salutē an-  
nuncies, et si qd erit qd' meo studio, meis literis, mei  
industria pr̄estari pos̄it, id totum istis audacter ex me  
pollicearis. Ad hæc magnopere rogo, ut elegatissimi  
istā sodalitatē, hoc est Musarū et Gratiarū oīm colle-  
giū diligētissime meis resalutes uerbis, noīatim incōpa-  
rabilē illū iuuēnē Iacobū Sturmiiū, q̄ maiorū īagine  
morū illustrat integratē, iuuēntutē ornat senili mori  
grauitate, doctrinā haud quaq; uulgarē incredibili mo-  
destia mire cōdecorat. Deinde Tho mā Rapfū, ipſis  
oculis, ipſo uultu, suauitatē et candore ingenij p̄a se  
ferentē. Thomā itē Aucuparium, quē ego sanē uel ob  
hoc laurēa dignū existimo, qd' ab onni fastu lōge sit  
alienissimus cui morbo serè genus h̄, choium uidemus  
obnoxium. Hunc cū plurimi faciā, tanē quo parcius Lui-  
dem, ipſe fuit in cauſsa, q̄ me suocarmine laudarit, nō  
dicā quām uere, sed prorsus amātissime. Ne quis illud  
in nos iaciat. Mutuū muli scabuni. Ad hæc Matibiam  
Schureriū uirū cū alijs multis nob̄us egregie charum  
mihi, tū hoc etiā chariorē qd' hinc quoq; fertilis illa  
tot cruditorū hoīm, tot feliciū ingeniorum ædidit Se-  
lestadium, cui et beatum Rhenanum, et Ioannē Sa-

pidū dcbeo, et ipsam deniq; VVimphelingiū. Matthiā  
igitur nisi uehemēter amem, merito dicar ferrum, &  
adamantē gestare in pectore, adeo me prior & offi-  
cijs suis & beneficijs ad amicitiā prouocauit: neq; cō-  
mittā, ut anō certe studioq; superatus uidear, etiā si il-  
le priores occupauit. Adsequar aliquādo & officijs si  
modo nō desint animo uires. Ad hæc salutabis accura-  
tissime Hieronymū Gebuilerū, unū omniū quos adhuc  
uiderim, humanissimū, qui me suis laudibus, doctissimis  
quidē illis. sed planè, ut Germanus germane dicā, uā-  
niſimis, ad cœlū usq; uexit: & sic oratiōis suæ p̄fili-  
gijs mihi imposuit, ut prorsus ipse mihi uiderer aliquid  
esse, uixq; post biduū ad me redierim quis esset agno-  
scens. Præterea Rudalpingiū planè uoxinotator  
non arie solū, sed & moribus, hoc est festiuſimū. &  
compositiſimū qui me unā cū Hieronymo ad proxi-  
mum diuersoriū est prosecutus. Neq; præteribis Oto-  
marū, hominē cītrā ostentationē, ut mihi uideatur, erū-  
ditū, qui nos suis toties uocem mutatibus cānis, ut uel  
Lusciniā uincerem, adeo delectauit, ut diuina quadam  
uoluptate rapti uideremur. Eadē opera salutabis opti-  
mæ spei iuuencio Ioannem Ruserium, nostrū ut iuſus est  
studiosissimū. Item elegātissimos iuuenes Stephanum  
Tielerum, Ioannē Guidam, Petru Heldungum: & ueni-  
niam, cæteros omnes, quorū & si nomina me fugiunt,  
tamē memoria p̄ recordijs intimus penitissima inscul-  
pta est, ac semp crū. Nā Sebastianū Brant, ut eximū,

extrā

extra omnem et ordinem et aleam pono. Quem ego  
uirum VVimphelinge, tanti facio, sic amo, sic suspi-  
cio, sic ueneror, ut magna quæda felicitatis pars acces-  
sisse mihi uideatur, qd illu coram intueri, coram alloqui, et  
amplecti contigerit. Iam quod scire cupis quicmedo reli-  
quu iter successerit, paucis accipe. Ad oppidu Selesta= diense tuam patriam feliciter perueni. Ibi continuo pri-  
mores Reip. haud scio cuius indicio de meo aduentu fa-  
cti certiores, per publicu nunc treis exquisitissimi vi-  
ni misere cataros, xenij noic. sed eos cataros, ut uel de-  
cem tricongijs satis esse possint. Inuitarunt ad prædiu in  
diu posteru, ueru excusaui, properans ad hoc negotiū  
in quo nūc sum. Ioānes Sapidus, tuus in literis alūnus,  
qui te moribus quoq; mire refert, quiq; te nō secus ac  
patrē et amat et suspicit, Basileā usq; nos est prose-  
cutus. Illic admonuerā hominē, ne me proderet, dele-  
ctari me paucis amiculis, sed exquisitis ac delectis. Pri-  
mum itaq; nō aderant alijs, quam bi quos maxime uole-  
bam Beatus Rhenanus, cuius ego prudēti modestia, et  
acerrimo in literis iudicio uehementer delectior: nec  
est quicq; huius quotidiana consuetudine mihi uicūdus.  
Itē Gerardus Lislrius medicarei, non vulgariter peri-  
tus, ad hæc latinæ, græcæ, et hebraicæ literaturæ pul-  
chre gnarus: Deniq; iuuenis ad me amandū natus. Ad  
hæc Bruno Amorbacchius singulari doctrina trilinguis  
et hic. Ioāni Frobēnio reddidi litteras ab Erasmo  
missas, addens esse mihi cū eo familiaritatē arcissimā.

Ab eode

Ab eodē de ædendis illius lucubratioibus negotijs sumē  
mā mihi cōmissam, ut quicquid egisset, id perinde ut  
ab Erasmo gestū ratum fore. Deniq; me illi adeo simi-  
lem, ut qui me uideret, Erasmū uideret. Is postea risit  
intellecta fraude. Sacer Frobenij resolutis oībus, quæ  
debebantur in diuersorio, nos unā cum equis ac sarcī-  
nis, in suas ædes traduxit. post biduū huius Academie  
doctores per Theologicæ professionis Decanū, & al-  
terū quendam in posterum diem nos ad cœnam uocā-  
uit. aderat omnes omnium facultatū, ut uocat, docto-  
res. Aderat et Ludouicus Berus, aut si latine matuis Ur-  
sus, huius Academie rector apud Parisios Theologicā  
lauream assecutus, uir ætate quidem uirens adhuc, sed  
ea doctrina, ea uitæ castimonia, ea deniq; prudentia, ut  
exstremum cum nō uulgare decus suæ Germaniae adpo-  
siturū. Est enim Basiliensis, quam urbem, & alias non  
incelebrē, doctissimus ille Gulielmus Copus, alter no-  
strī temporis Hippocrates, sic & moribus & literis  
illustrarit, ut nulli nobilissimaru cedere debeat. Erant  
me quotidianis officijs oneraturi, ni iā accinctus ad la-  
borē institutū, rogasse uti me mihi relinqueret. Cota-  
lit hoc sese nostri uisendi cauſa, Ioannes Gallinarius,  
uir uaria doctrina præditus, ad hæc moribus doctrina  
dignis. Est hic quoq; Poëta laureatus Glareanus, mire  
candidus ac festiuus, & optimæ spei iuuenis. Ab Vdal-  
rico Sasio, qui Friburgi magna cum laude leges cesa-  
reas profitetur, unas atque alteras accepi literas, ex  
quibus

quibus mihi perspicere videor, hominem non tantum  
eruditum & eloquentem, uerum etiam raro quodam in-  
genij candore, ac singulari præditum prudentia. Au-  
dio passim apud Germanos esse viros eleganter erudi-  
tos, quo mihi magis arridet, & adlubescit mihi mea  
Germania, quam piget ac pudet tam sero cogitam  
fuisse. Próinde facile possum adduci, ut hic hyemem  
usq; ad Idus Martias: Deinde cōsec̄lis quae uolo in Ita-  
lia negotijs, ad Idas Maias uos reuisam: Atq; id faciā  
Lubentius, si uelut de codem, quod aiunt, oleo, eademq;  
opera, uniuersas lucubratiōes meas hybernis his men-  
sibus liceat emittere. Adagiorū opus iam excudi cō-  
ptum est. Superest nouum Testamentū à me sum,  
& è regione græcum, unā cum nostris in illud annota-  
mentis. Tum epistolæ diui Hieronymi à nobis recogni-  
tæ, & à suppositicijs ac notis repurgatae, neenon &  
scholijs nostris illustratae. Præterea Seneca oratoris o-  
mnia scripta nō sine maximis sudoribus à nobis ema-  
culata. Fortassis & scholiorū nonnihil adiūcietur, si  
dabitur ocium. Sunt et alia minutula, de quibus minus  
soliciti sumus, quæ si suscipiet hic chalcographus, abde-  
mus nos testudinum ritu, non ad somnum, sed ut toti  
uersemur in hoc negotio. Ex Italia reduces, uti spero,  
dies aliquot salutandis, & cognoscendis Germaniae  
proceribus sumemus. Nam hos uere proceres existi-  
mo, nō qui funes aureos collo circumserunt, quiq; pa-  
rietas & uestibula pictis maiorū imaginibus ornant,  
sed qui

sed qui ueris ac suis bonis, hoc est, eruditione, moribus  
eloquentia patriam suam, ac suos non solum illustrant,  
sed etiam adiuuant. Episcopo Basiliensi nondum tuas  
reddidi literas, in quibus facile coijcio, nihil aliud esse  
quam amica quedam de Erasmo mendacia: uide quam  
sim ambitiosus. At primum non aderat in hac urbe,  
Nunc occasionem omnem fugio, que me à libris auo-  
cet. At non tu gratulaberis Erasmo tuo, qui propitia  
Iunone, & Ilithia, feliciter enixus est? Audis fœcundi-  
tatem meam, qui saepius pariam, quam ipsi cuniculi.  
Quoq; magis gratuleris, ædidi foetum saxeum, nec si-  
ne laboriosissimis nixibus. Ita mihi semper faueat Lu-  
cina mi VVimphelinge: Ludis, inquies, in re tam mise-  
ra: Qui minus quam Socrates, qui iocans bibit ciu-  
tam, iocans mortuus est. Absolutissimum virum D. IO  
ANNEM REVCHLINVM, tot literis, tot linguis pre-  
ditum, ut plura corda quam Ennius habere uideatur,  
unicum, mea sententia, totius Germaniae decus, lumen  
& ornamentum, tam procul hinc abesse doleo, ut ægre  
literis etiam colloqui liceat. Sapidum cum uiderem à  
nobis uix auelli posse, Teraſticho sum consolatus, &  
quo pignus esset charius amanti, uel deamanti, ac de-  
pereunti magis, meis digitis scripsi, id ad te mutto. Mit-  
to & hoc quod ex itinere scripsoram ad incompara-  
bilem virum Sebastianum Brant. Nam in eo uoculas  
aliquot mutauit. Adieci quod ad Aucuparium non scri-  
psoram, sed effutieram. Porrò tempus, & res aliquan-  
do supa

do suppeditabit occasionem idoneam testificandi ani-  
num meum erga proceres urbis Argentinensis. Sa-  
luta uenerabilem dominum Priorem Ioannitam, ami-  
cum tuum. Bene uale, frater honorande, & amice in-  
comparabilis. Basileae, undecimo Calendas Octobris.

M. D. X I I I .

ARGENTORATI excudebat Ioan-  
nes Knoblouchius M. D. XXIII  
Mense Februario,

**T**

in sepiam pectus et cibis  
et aliis etiam agmina  
etiam pectus et cibis  
etiam pectus et cibis  
etiam pectus et cibis

M.D.XIIII.

ARGENTORATI excepit  
M.D.XIIII.  
Merle Heppenheimer